

Joachim Stockmann Peter Götze

## **Disputatio Medica, Inauguralis De Renum Et Vesicae Calculo**

Rostochi[i]: Kilius, 1646

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730118436>

Druck Freier  Zugang



Træs: Stockmann, Boachim

Reop: Sötzs, Peter

R. M. med. 1646 + Tropgr.



πάντα φέντε.

TATIO MEDICA, INAUGURALIS  
DE

# ENUM TVESICÆ CALCULO,

Quam

1, Autoritate & Decretō Am-  
ni Senatus Medici in Celeberrima  
& Antiquissima

OSARUM ACADEMIA

SUB PRÆSIDIO

IRI Clarissimi & Experientissimi

ACHIMI STOCKMANNI,

phiae & Medicinæ Doctoris,

is Publ. ejusdemq; Reip. Patriæ Physici  
i, Dn. Præceptoris per quadriennium fide-  
ni, & Evergetæ submissa sibi observantiâ in per-  
petuum colendi,

o summo Dignitatis Doctoralis in Arte Medica gradu  
sicutus discutiendam & examinandam proponit

IS GÖTZE, Graboviō - Megapolit.

In Auditorio Majori,  
d diem IX Julii, horis ante & pomeridianis.

---

ROSTOCHI,  
COLAI KILII, Acad. Typogr. ANNO 1646.

96



πάντα φέντε.

DISPUTATIO MEDICA, INAUGURALIS  
DE

# RENUM ET VESICÆ CALCULO,

Quam

Ad sensu, Autoritate & Decretō Am-  
plissimi Senatus Medici in Celeberrima  
& Antiquissima

ROSARUM ACADEMIA

SUB PRÆSIDIO

VIRI Clarissimi & Experientissimi

DN. JOACHIMI STOCKMANNI,  
Philosophiæ & Medicinæ Doctoris,  
Professoris Publ. ejusdemq; Reip. Patriæ Physici  
Ordinarii, Dn. Præceptoris per quadriennium fide-  
lissimi, & Evergetæ submissa sibi observantiæ in per-  
petuum colendi,

Pro obtinendo summo Dignitatis Doctoralis in Arte Medica gradu  
Publicitus discutiendam & examinandam proponit

PETRUS GÖTZE, Graboviō - Megapolit.

In Auditorio Majori,  
ad diem IX Julii, horis ante & pomeridianis.

ROSTOCHI,

Typis NICOLAI KILII, Acad. Typogr. ANNO 1646.

96

VIRO  
CLARISSIMO, EXCELLENTISSIMO  
ET EXPERIENTISSIMO,

Dn. JOACHIMO STOCK-  
MANN, Philosophiæ & Med. D.

Celeberrimo, Professori Academiæ Rosto-  
chensis dignissimo, ibidemq; Reipubli-  
Patriæ Physico Ordinario,

Juxtimq;

VIRO INTEGERRIMO, ET HUMANISSIMO,  
ARTE PHARMACEUTICA longoq; Rerum  
Chymicarum Usu Celebri

Dn. GEORGIO DETHARDING,  
PHARMACOPOEO Stetinensi  
Solertissimo,

Dn. Dn. Praceptorib. & Evergetis omni ob-  
servantia cultu eternum honorandis,

Theoremeta sua hac Medica Inauguralia

in  
debitæ gratitudinis,  
Filialis obsequij  
& candidis. Amoris  
Symbolon.

L. Mq;  
inscribit & offert

PETRUS GÖTZE.

## PROOEMIUM.

**I**ntr Affectus, qui Animum variè percellunt, & Corpus hu-  
manum atrocissimis sanguinario affligunt cruciatibus, postre-  
mò locò minimè habendus esse videtur Calculus: Qui uti  
est multù sat periculosus, ita quoq; summè acerbus; Nam  
(Qua Kentmanni libell. de Calc. opinio,) vix ulla acerbior Mors  
homini contingere potest, ea ipsa, quam Calculi inferunt tormenta,  
ubi quis violenti impetu adigetur, ut Animum indignabundus  
exhalat suam. Et memoria proditum est, inventos esse qui tandem  
sævisimi doloris immanitatem ac diuturnitatem victi, ad eum despe-  
rationis gradum compulsi fuere, ut manus violentas potius sibi in-  
ferre, immò (horresco referens) Animum Sarthana commenda-  
re, quam tantos dolores diutius sustinere voluerint: sicuti mi-  
serabile exemplum de quodam viro inter intolerabiles cruciatus  
ita expirante recitat ex Antonio Gainerio Gabelchoreris Cen-  
turi. 2. Observ. Med p. 139. Quapropter ut ci libidinæ à tanto  
pere sævientis hostis vi & truculentia tempori vindicari, adeoq;  
detestando malo convenientia inveniri possint Remedia, Omni  
studio in Calculi Naturam, et si paulò obscuriorum & intricate-  
riorem, praesenti hac ~~de~~ inquirere, & quid contra ho-  
stem tam difficilem, quippe qui agre vel ab expertissima Arte  
sape se edomari patitur, tam Prophylacticè quam Therapeu-  
ticè agendum sit, succinctè deinde subnectere, animum  
induxi meum. Quibus Conatibus O Benignissime Deus, Qui  
omnis in omni disciplina Boni & fundus & subscriptor es, fave,  
& pro Clementia ineffabili, ut hactenus, ita & nunc me felici-  
ter juva.

A 2

CUM

# CUM BONO DEO.

## THESIS I.



T in vestibulo quidem, cùm ὀνόματα sint  
νομοθετικα, ac juxta Scaligeri effatum, à vocis  
cognitione in rei ipsius scientiam provehamut,  
τοι ὀνοματολογίας Calculi paucula præmittenda  
erunt.

2. Intelligo itaq; per *Renum* & *Vesica Calculum*, *Corpus* quoddam durum, lapideum sive tophaceum in partibus illis concretum.

3. Virtus autem à Calculo natum, seu Calculosa dispositio & affectus, morborum Albo ab omnibus Medicis inferitur, & quando Renes laborant, Νεφρίτης; quando Vesica Λιθίας à Græcis indigitatur: Sed à Latinis, utpote simplici sat commodâ voce desitutis, illa *Renum*, hæc *Vesica calculus* appellatur, morbum per causam & partem affectam conjunctim sumptas, hæc ratione denotantibus.

**RATIO NOMIS.** 4. Et qvamvis hæc nomina suæ parte Naturæ generalia sint, ac Nephritis pro omni *Renum* læsione, Lithiasis pro qvavis Calculi generatione communiter sumi possit, usus tamen obtinuit, ut λιθίας, Etymologia già ductâ διπλός λίθος, κυνέως Vesica, at Νεφρίτης διπλός τῶν νεφρῶν, οὐδὲ εξοχὴν *Renum* Calculo tribuatur.

**GENUS PRO X- M U M.** 5. Ut verò rem ipsam, qvæ sub Calculi Nomenclatura comprehendit, rectè suo loco definitum eamus, ante omnia opus erit, *Genere*, *proximo*, id qvod multorum ingenia hactenus exercuit, siquidem de eo constituendo non omnium idem est judicium.

6. Cùm enim Calculus diversos subire possit respectus, hinc pro diverso considerandi modo diversimodè à diversis considerari, nec ad unum genus referri solet, sed nunc 1. Causæ morbificæ ( qvia præsentia suæ parties ad morbosam constitutionem disponit, qvæ intercedente functiones læduntur, qvō respectu, hinc nobis considerabitur.) 2. Nunc Morbi, si ipsam dispositionem morbificam per se & proximè functiones lædantem hoc nomine intelligamus, & quidem vel in *Via*, vel *Numeri* superflui totò genere præter Naturam; Nunc etiam 3. Symptomatis rationem obtainere potest, idq; iterum non uno nomine; sic, quando in lacu-

MIJO

Iacunis Renum vel Vesica citra ullam actionum offensam delitescit. Symptoma rei præternaturalis in corpore humano retentæ; ubi verò excrenitur, excretum  $\omega\beta\varphi$  Φύσις dici meretur, nam Calculum  $\kappa\alpha\tau\iota\mu$  Φύσις in homine sano nec generari, nec ullo modō ab eo excerni fas est. atq; ita ad omnia tria rerum præternaturalium genera referri potest. Calculus, Pro diversa significatione vocabuli.

7. Quæ in hanc rem à me dicta sunt hæc tenus, si cuiquam forte Medici unius atq; alterius Præstantissimi Autoritate videbuntur confirmanda, sufficere poterit, omissis reliquis, Doctissimi Liddelii, & è recentioribus Dn. Sennerti testimonium, qvorum ille lib. 3. Art. Med. c. 13. ait: sumi Calculum aliquando pro morbi Causa, qvatenus renes obstruat & continuum solvat; à Galeno (lib. de diff. morb. c. 8.) pro Morbo in Numero aucto, toto genere p. n. Hic, lib. 3. prax. de calc. Renum c. 6. frustra laborare illos, scribit, qvi anxiè disputant, an Calculus sit morbus, causa, vel Symptoma, & ad unum tantum genus eum referre conantur, cùm plures res, qvæ singulæ diversas definitiones requirunt, hòc nomine comprehendantur, & Calculus diversò respectu variè definiti possit. Idem illud & alii tradunt, sed prolixius, quam ut integra loca adscribere placeat.

8. Neq; enim illa Nominum  $\alpha\kappa\epsilon\gamma\zeta\epsilon\alpha$  & confragosa qvæstio in curatione, qvò Theorematæ Artis referri debent, usum habet ullum, cùm remediorum indicationes idcirco nihil evarent.

9. A Genere proximo ad Differentias Calculi recta progredior, DIFFERENTIA. Quarum prima & præcipua à loco affecto desumitur, cuius meritò aliis in Renibus, altius in Vesica generatur & subsistit.

10. Evidem Fernelius, ut hæc  $\omega\beta\varphi$  èv παρόδῳ attingam, in Vesica Calculum nullum generari arbitratur, sed à fabulo è Renibus delapo, omni Calculo Vesicæ rudimentum qvoddam aut nucleus substerni, aliquot argumentis nobis persuadere admittitur, Quæ videantur lib. 6. Pathol. c. 13.

11. Sed cùm virūm fidedignorum  $\alpha\kappa\mu\gamma\zeta\alpha\gamma$  & rationes rem aliter commonstrent, nos Calculum etiam non accepto à Renib. rudimento quod  $\omega\beta\varphi\pi\alpha\chi\zeta\alpha$  quibusdam nominare libuit, nonnunquam in Vesica περτως oriri posse, asserimus.

12. Quod si enim in Utero, (cujus rei insignem narrat historiam

Hipp. de famula Diferidis in Larissa 5. Epidem) in **Cysti** **felles**, in **Intestini**, **Ventriculo** &c. aliquando **Calculos** natos esse annotatum est, ad quas partes dubio procul nulli unquam à Renib. lapilli fuere transmissi, cur non etiam in vesica generationis suæ initium obtinere possent, Quoties causæ p. n. concurrerint?

13. Alteram Differentiam parit nobis **Causa**, quæ vel congenita est vel adscititia; unde **Calculus** **alius** **hereditarius**, **alius** **non hereditarius**.

14. Tertiò differunt **Calculi** **Substantiæ**, cujus ratione **alius** **durior**, **compactior**, **alius** **rarior**, **fragilior**, & hinc in arenulas resoluto hic facilis, ille difficilis, vel intra corpus planè non dissolubilis, ut **duriſſim⁹ us**.

15. Ratione **Quantitatis** **Calculi** alii sunt **maiores**, **minores**, aut **mediocres**; alii **permagni**, pro materiae **Copia** & loci **Capacitate**. Numerò modè **unus** est, modò **plures**.

16. **Qualitate** sunt **Læves** & **glabri**, **scabri** & **asperi**; **Colore** **alii** **albi**, **alii** **Cinerei** **alii** **flavi**, **alii** **rubei**, **alii** **nigricantes** vel difformiter **Colorati**. **A figura** aliqui **rotundi**; aliqui **oblongi** & **teretes**; In quodam observatus est **calculus** figurā **Muris**, caput erat in **Uretere**, corpus in **renum** **cavitate**, pedes & cauda in eorum **fistulis**, de quo vid. **Philippi Scherbi** **Medici** quondam **Altdorfini** **Theses Medicas** collectas & editas ab **Hofmanno** p. 123. alii **bamati**, **angulosi** aut sine **angulo** existunt, alii aliter **figurati**.

17. A tempore etiam vel incipientes & novos, vel inveteratos **Calculos** appellitamus, & si quid præterea est consimilium differentiarum accidentalium, hīc relatum volumus.

18. Quod ad **locum**, seu **partem corporis** **nostri**, in quo **calculi** **concrescere** solent, determinandam adtinet, ad testantur Doctorum **observationes**, & quotidiana **Experientia** **Comprobatum** facit, non solum **Renes** & **Vesicam**, sed & alias **minutas** **humani** **Corporis** **particulas** reperiri, quæ **Calculi** **mineram** in se continere, eiq; **subjectæ** esse possint.

19. **Calculi** enim progignuntur in **Cerebro**, intra **Calvariam**, in **ora Palpebræ**, in **sub Lingva**, in **Amygdalis**, **fauce**, in **pulmonib**. Circa **basin Aortæ**, in **Corde ipso**, in **Arteriis**, in **Mammillis**, **Umbilico**, **Utero**, in **ventriculo**, **Intestinis**, **Mesenterio**, **vena portæ**, **jejunore**, **Vesicula fellis**, **Spleen**, **Hæmorrhoidibus**, **Ano**, **testiculis**, **Articulis**, **Abscessib**. **Vulnerib**. & plurimis locis aliis, Quorum exemplorum sat magnum acervum collectum videre licet apud **Sennertum** iunct. **Med.**, **Schenckium** **Patrem**.

lib. 3.

lib. 3. observ. & Schenckium filium in lithogenesis, Unzerum in Trach de Nephritide. Gesnerum de fossilibus, Kentmanum & alios. Immò me mini ante aliquot septimanas apud Stetinenes Virum Præclarè Doctum per fauces rejicere, post usum succi Granatorum recentis, duos lapillos seu topbos potius, instar Cretæ albicantes.

20. At verò cùm propositum mihi sit, ἐν τῷ μερῷ non tam de aliarum partium, quām de Renum ac Vesicæ lapide verba facere, intra hujus cancellos in posterum etiam me continebo, & reliqua, utpote non hujus loci ac instituti, silentio præteribo.

21. Pars igitur affecta nobis esto: Ren uterq; vel alteranter tantum, PARTES & Vesica Utrinaria, cum Intermediis Ureterib. & Quandoq; etiam urinario in pene Canali.

CTÆ.

22. Ubi notandum venit, omnem Renalem non solum in sinu cavo, in quem serum transcolatur, sive mavis in vasis; sed etiam in ipsa ipsorum carnosa substantia interdum concrescere posse; Vesicalem verò vel vesicæ tunicis adhærere, & quasi suspendi adglutinatum, vel in ejusdem capacitatem expeditè voluntari, inibiq; vel primariò, ut supra dixi, sive granatim sive corticatum coalescere, vel è Renibus nucleo trato, indies adaugeri.

23. Et ut ad rem proprius accedamus; De Efficiente Calculorum proxima & principali concretionis eorum causa, quot capita tot ferè sunt sensus & dissensus Medicorum, adeò ut hīc non immēritò felicem exclamandum illum existimemus! Veras qui poterit lapidum cognoscere causas.

24. Atqui omnium sententias h. l. decidere instituti mei ratio non permittit, & hac de re videre potest, si quis tales contentiones amat, supra cit. Unzerum & Sennertum, qui aliorum quoq; sententias afferunt.

25. Sententiam eorum, qui frigus Congelans Calculi efficientem ponunt, ut omnimode frigidam, ipse Galenus de Ren. affect c. 2. confutavit, et si sibi multum hujus sententia Patrōni tribuant, arbitrantes, Quemadmodum intenso frigore & Spirante Boreā, mediā hyeme flumina & rivulos solidari contingit: ita etiam in corpore humano materiam crassam & glutinosam in solidum corpus coſre possit.

26. Verū isti totò, Quod ajunt, cœlō aberrant. Nullatenus enim nec in Renibus, nec in Vesica, immo nec in omni animalis viventis corporo.

corpo frigus actuale tantum concedi potest, Quod congelandi vi tan-  
tā polleat, quā humores in homine lapidescere possint.

27. Quin immo si frigiditate materia lapidifica indurari vēluti gla-  
cies posset, annon à leviterum calore egelidari & dissolvi eandem ne-  
cessum esset? Quod tamen non fieri tam certum est, quād de eo dubita-  
te nefas.

28. Alii, in quorum numero & ipse Galenus & Φαληρόφιλοι sunt,  
της παράδοντος Θερμοτητού, seu calore igneō, materiam crassam, len-  
tam & pituitosam exsiccante, & ceu lateres in fornace excoquente,  
Calculos generari opinantur.

29. Pro qua sententia, quum aequē ac prior non imorum subsellio-  
rum Medicos, immo ipsum, ut dixi, Medicorum Principem Galenum ap-  
plausorem habeat, tanquam pro Aris & focis depugnare videas, Quos  
lubens hīc prætero, satis multos.

30. Verū enimvero quidquid etiam ὡς πεσθλημα καὶ τάχος  
prætendant, διὰ Θερμοτητού, seu à solo calore lapidum generationem  
sufficienter deducere nulla sat firmā ratione possunt.

31. Tantum enim æstum in mortalis Oeconomia membris, qui  
calculos perinde ac lateres coquat & exasset, nemo sanæ mentis, facile,  
Credo, admittet. Cūm videamus in Calculi generatione nec febres nec  
graviore functionum lassiones sentiri, ut nunc non dicam, etiam in  
fontib. frigidissimis Copiosè Lrides deprehendi, ubi ne quidem vesti-  
gium Caloris ullum adest, ibidemq; ligna in lides mutata, testari  
autem, qui fidem merentur, plurimos.

32. Hinc etiam humidi exsiccatio, vel aquæ absumptio locum ha-  
bere nequit, quia ut dictum jam est, in ipsis aquis lides generantur,  
& Salem in humido Concrescere, Lunæburgi & alibi in salinis vi-  
dere est.

33. Interim tamen non ibo inficias, immoderatum calorem & fri-  
guis etiam suo modō πεσθλημένως ad Calculi generationem concur-  
rere & non nihil conferre posse, sed κύριον & συνεχτικὸν, της λιθιάσεως  
αἰτιον esse, & calculum à Calido vel frigido Principaliter produci, id est  
quod per negandum puto.

34. Quare amplecti potius liber præ cæteris, qui in omnium mani-  
bus est, Excellentiss: Dn. Sennerti, Petri, (Nosolog. Harmon. Tom. 1.

De

De Ren. & Ves. Calculo) & è recentioribus Dni. *Joannis Beverovicii*  
(in libro singulari de Calc. Renum & Vesicæ) illis ὁμοίωσις sententiam, qvi eundem planè modum generationis lapidum in Microcosmo, atq; adeò in Renibus & Vesica hominis, cum eo, qvi est in Macrocosmo, Mundo Universali, seu terræ visceribus & fluviorum alveis, esse nobiscum statuunt, qvibus etiam exemplis, ad stipulatibus Medicis aliis gravissimis, ad rem, de qua agimus, declarandam, commode utuntur, & omnino internum aliquod concretiōnis principium requirunt, causamq; Calculi veram, & Principalem. Εγενητικήν esse statuunt peculiarem qvandam ab ipsa Forma quidem dependentem, intrinsecam λιθομητικήν facultatem, sed ipsi Materie, & insitī Materie salinis spiritibus proximè inexistente.

35. Materiam verò esse fœculenta, sive putrida, sive viscida & Terrestria, sive quocunq; alio Nomine appellanda, Tartarea tamen, Salinis Coagulativis Spiritibus imprægnata Recrementa, ex alimentorum concoctione & depuratione suborta.

36. Qvandoq; videm fieri vix potest, ut alimenta nostra, cibus ac potus, ita sint pura, qvin multa ἀεριτήδια, ἀκρηκόντιχυ, & Materiam qvandam alienam in se contineant, de qvibus sat speciosa & notata digna sunt divi Hippocr. verba de veteri Medicina, ubi inquit: INEST in homine & amarum, & salsum, & dulce, & acidum, & insipidum, & sexcenta alia, qvæ pro copia & viribus variis habent facultates, & hæc qvidem missione & mutua inter se contemperatione neq; cernuntur, neq; qvemq; vnam molestiā afficiunt, ast ubi horum qvidqvam secretum fuerit, & perse extiterit, tunc & conspicuum sit, & homini molestum esse incipit. Idq; adeò, (pergimus) si ob minùs accuratam sui à Chylo separationem in Ventriculo instituendam, unā cum ipso Chylo ad Hepar deferatur, ibi tandem per accuratiōrem segregationem, secundæ coctionis excremento, humoris scilicet seroso admixta, & per venas emulgentes ad Renes & Vesicam translata, eorum parietibus abeunte per Urinam vehiculò aquoso, facili negotiō adglutinatur, & ob insitam lapidescendi proprietatem in lapidem compingitur.

B

37. Qvod

MODUS  
GENERALIS  
TIONIS  
CALCULI

37. Qvod si malum negligentius tractetur, & prima rudimenta, seu arenulæ, Repum carni & Vesicæ tunicis diutius immorari sînantur, affluens sensim nova similiter crassa, tartarea materia priori circumdatur & apponitur, calculi incrementum sumunt, progressuq; temporis insigni molegrandescunt, ut observatum sit, nonnunquam eos ovum gallinaceum vel majora superâsse, qvæ fors durissima sanè Friderico 3. Electori Saxoniae & aliis obtigisse legitur.

38. Estq; hæc maximè veritati consentanea, immò ex ipsius Naturæ libro petitæ doctrina, quâ ὁ Φθαλμοφανῶς docemur, qvòd, sicuti infinitas rerum coagulationes extra corpus humanum mediante sale perfici palam est, ita etiam sal Microcosmicus in corpore resolutus in lapidem vicissim, cum aliis mucilaginosis ad induendam calculosam consistentiam θρηνοδειστημ habentibus, cogi, variasq; Calculorum formas producere possit, ut etiam non desint integri ex utero lithopædii admiranda exempla, Heparq; Renes, Mammæ, ipse Uterus, Vesica in lapideam transformata soliditatem ostendantur. Videat in hanc rem, cui admiratione digna videre animus, & otium cum Catullo molestum est, compluscula apud Schenckium, obs. lib. 4. & qvi Embryonis petrefacti in vetusto Gallorum Senorum oppido 1582. ex Utero extracti Historiam diligenter persequtus est, Johannem Albosium in narratione τὸ λιθονιδίον.

39. Et reperiuntur hodie, & reperti sunt olim lacus & fontes, in quibus stupendâ qvadam Metamorphosi in naturam lapideam degenerant & convertuntur paulatim injecta plurima, ut sunt ligna, Nucum putamina, stirpes, ossa, coria, Chirothecæ integra, animalia & id genus alia.

40. Idem sunt qvi commemorant de Aqva Tyberina Romanorum, Nili Ægyptiorum, Padi Italorum &c. eas cum nitrofa substantia etiam gypseam, lapidescentem vehere, pro certo affirmantes.

41. Absq; his etiam si esset, qvis est, qvem latere possit, Salem qvendam cum materia foeculenta mixtum, in Vino, in lapideam abire duritiem, & eadorum viniorum lateribus crustæ instar adhædere, qvod Tartarum appellamus?

42. Nec

42. Nec negari à quoq; vam potest, in ipsis Urinarum, præci-  
puè magis salsarum, & justo diutiùs ibidem asservatarum matulis,  
vel conchis illis vitreis lapideam qvandam tartaro, vel Calculis,  
non absimilem substantiam plerumq; suâ sponte subsidere, ea-  
rumq; lateribus copiosè adglutinari.

43. Neq; est, quod hæc adsertio ulli admirationem pariat, cùm  
testetur ipsa *Experientia* omnium rerum magistra, in ejusmodi in-  
dividuis, Quibus in familiari sunt usu Cibi succo terrestri, seroso,  
salsuginoso scatentes, Quemadmodum etiam in illis animalium,  
quæ sale Copiosiori per se delectantur, ut Crustaceis, Cornigeris,  
Capris, hircis, ovib., præsertim senescentibus & muros lambere  
solitis, frequenter calculos inveniri & in magna Copia coacervari.

44. Clarissimus Fernelius lib. 6. pathol. c. 12. insitam renum  
arenosam calculosamq; dispositionem tanquam causam longè  
crebriorem addit, quam si quis cum Beverovicio cap. 7. *stuporem*  
*Renum, nūe obtusum eorum sensum* appellare volet, per me id faci-  
at, licet. Eam verò qui, (inquit Fernelius,) à parentib. Contraxerit,  
vix ullà ratione calculi tormenta effugiet, quandoquidem (pergit  
e. 52.) hoc vitium est omnium maximè hereditarium, ut non pau-  
tis pariter cum Renib. Calculus procreetur, liberiq; non minus  
morborum, qvàm bonorum Paternorum heredes efficiantur.

45. Sicuti enim Podagrici Podagricos, calvi calvos, Tabacca-  
rii, Philocapni, (intellige, qui per omnem vitam Tabaci suffici de-  
lectantur; Neander in Tabacologia, p. 52.) sui similes & stupidos  
generant; pari modò etiam calculo laborantes parentes, naturæ  
ordine, vitiosam, ad eundem generandum, *diáθεσιν* in sobolem  
transfundere posse *dux est à dūvātōv*, & huc ire videtur perpul-  
chrom illud Baptista Mantuani:

*Qui viret in foliis venit ab radicibus humor,*

*Sic patrum in natos abeunt cum semine morbi.*

docetq; id, proh dolor, tristis eventus multorum!

46. Recensui *Causam Calculi Proximam, Principalem, subjun-*  
*xi etiam nonnulla de Materiali & Generationi modo, superest ut*  
*Causarum Antecedentium seu atriūw τεγγευόσσωv, deinde etiam*  
*Evidentium & Externarum mentionem faciam.*

47. *ωρηγγαμένην* verò *causam* constituto viscerum, & maxi-  
mè Naturalium pravam constitutionem & actionem lèsam, si vel  
in concoquendo, vel excrementa segregando, eaq; decenti modò  
& tempore, per vias à Natura destinatas, excernendo segniora de-  
prehendantur.

48. Etenim Communi omnium suffragiò, primà concoctio-  
ne in ventriculo non bene peractâ, reliqua duo Concoctionum ge-  
nera æqvè probè peragi non possunt, Qvando vitium commisum  
in prima non emendatur in secunda, nec delictum secundæ corrige-  
tur in tertia, & sic evenit, ut impuri & terrestres succi cum sero in  
Renes & Vesicam deriventur.

**CAUSA 49.** Hic anteqvam ulteriùs pergam, de *Rebus non Naturalibus*  
**CALCULI EX-** generaliora nonnulla monere operæ precium erit, & Specialiora  
**TERNA ET EVI-** in aliud locum reservate.

**DENS.** 50. Primus in ordine hoc stat Aer cum iis, quæ ad hanc clas-  
sem à Medicis referti communiter solent, estq; documento *Constitu-  
tio Aeris intemperata*, & peculiariter calculosis, *ad ignem frequens  
appositio dorſi, vestimenta* circa Renes *calidiora*, usus immoderatus  
*balneorum calef. aluminosorum, decubitus supinus & profundus in  
cuticula ex anserum plumis vel supra strata nimis dura, vestium  
friðura arcto super vertebris lumborum Cingulò &c.*

51. Inprimis verò huc multùm faciunt, ac Calculis generan-  
dis uberrimam materiam suppeditant *Edulia* quælibet, non tam vi-  
scido & glutinosò solùm, quæm Terrestri, Tartareò, seu quocunq;  
coagulationi lapidosæ apto excremento referta. Nimia itidem re-  
pletio & satietas, celeriùq; nimis *ingluvies, inordinatum estandi poti-  
tandiq; tempus & modus, ferculorum in uno eodemq; pastu varietas  
& multitudo*, & omnino si diversis prædicta sint qualitatibus, cùm  
tam alimenta quæm Medicamenta non apto tempore data noce-  
re plurimùm possint, *τὸ ποικίλον γέρε διάτης ποικίλα νοούμενα  
τίκτεται.*

52. Tum illa Quæ nimium calefaciunt, & calorem Renum p.  
n. augere possunt, ut sunt ciborum nimis calidorum, ut & phar-  
macorum usus frequens & immoderatus, aromata varia, vehemen-  
ter salita, piperata, item dulcia, pingvia, *obstructiones* facile pariens,

*τις*

ria panis azymus, biscoctus, & qui adhuc à cibano calet, singulariter etiam illud terculum, Quod in bacchanaliis ex medulla panis triticei calentis addito butyro & lacte parari solet, weggen/ nostrates vocant; nec melior est Panis, quem pistores lacte subi- gunt, ut ei concilient candorem, ova dura, in sartagine cum buty- ro frixa, Placentæ, gelatinæ variæ, caseus præcipuè vetus, vermicu- losus & hircum olens, qui sanè pessimus est, & uberrimam Calculo materiam subministrat, farina item cum lacte in pultem cocta, la- Eticinia omnia, oxygala, lac ebutyratum, Oryza in lacte cocta, bellaria non fermentata, hæc enim non solùm in ventriculo fri- gido acescunt & coaguli instar coeunt, sed & ob lentorem & par- tes crassiores, obstrunctiones facile procreare aptissima nata- sunt.

53. Φαρερὰν Βλάβην inferunt carnes animalium majorum, caro taurina, iale macerata, fumo indurata, suilla, ovilla, capri- na, anatina, anserina, columbae domesticæ, nisi quædam ex his cuiuspiam fuerint familiaria & usitata: conserva enim & voluptate quædā expedita ingratib; inconsuetis commodiora juxta Hipp. apho- risticè pronunciantem, 2. aph. 38: Paulò deterior & potus & cibus, svavior tamen, melioribus quidem, sed insvavioribus est præferen- dus. & 2. aph. 50: Conserva longo tempore etiam si deteriora sint, insuetis minus molesta solent esse. Animalium quoq; extrema, capi- ta & pedes, præ cæteris, Vitulorum, porcorum, ~~τὰ εὐτερά~~ eorum, tot dædaleæ farcimatum varietates, carnes piscium cartilaginosorum, marinorū, squamis carentium, & palustrium, ut sunt: Angvillarum, Assellorū arefactorum, Murænarum, halecum sale conditarum, Tin- carum &c. eorum quæ sanguine carent, Cancrorum, caraborum, ostreorum, cochlearum omne genus, fructus immaturi deniq; ad- stringentes, acerbi, ~~δύτητητε~~, flatulenta, legumina, pisa in substan- tia, fabæ, Castaneæ, Mespila, caro Citri grandioris, Cydoniata, Oli- væ, tubera terræ quoq; & fungi, à quorum esu non paucos perii- se in confessu est, Quin etiam omnibus bonis parcè & hæc lege vescendum est, ne vel copiâ Natura gravetur, vel paucitate vires deiiciantur.

54. E potulentis ad calculi generationem facit, Cerevisia recens

ex aquis turbidis cocta, & quæ lupulo salicariò meatus referandi, abstergendi pituitamq; educendi vi pollente, non Quantum sufficit, condita est, *Vinum* immaturum, austerum, nigrum, impense calidum, dulce, ut *Hispanicum*, *turbidum* plurimq; *tartaro* imprægnatum, cuius Naturæ & indolis *Ungaricum*, *Austriacum*, *Thuringicum*, *Misnicum*, *Moravicum* esse perhibetur. Aqua vita, omne mustum, aq. *salsuginosa*, *palustris*, *nivosa*, *glacialis*, *putealis*, item quæ ob mineras, quas perluit, vel peculiari naturâ ac proprietate Calculum generare potest, Quâ potâ Quibusdam in locis Calculum posse reddi hominibus veluti patrium & Endemium à *avariis* nemo dubitare debet. Quibus adsociari poterit intempestivus tam purgantium per alvum, quâm *diureticorum* nimis validorum usus, hæc enim dum minus caute exhibita, materiam ad Renes potenter deturbant, valde sunt noxia.

55. Improbatur adhæc plurimùm *animi* & *corporū* exercitium mox à sumpto cibo vehemens, gestatio diurna, saltatio, choreæ, ambulatio concitator, equitatio, curruum agitatio, ita enim cibus nondum perfectè coctus vi caloris per corporis motum concitati, ad viscera rapitur, distribuitur, multarumq; oppilationum & cruditatum causa suppeditatur.

56. Pertinet huc etiam *corporū* ille *labor*, qui fit dorso inclinato & radiis solaribus diutius exposito, Corpus enim ac Renesh. m. plus justò incalescere manifestissimum est.

57. *Vigiliarum* & *Somni* ferè eadem est ratio, Quæ *motus* & *quietis*: Quies enim diurna, otium, somnus immoderatus, maximè à pastu, & meridianus, cruditatibus cumulatis evanquandisq; suppressis, calorem innatum obtundit; Ex adverso nocturnæ *lubrificationes*, *vigiliae* intempestivæ, præterquam quod spiritus absumento, partes debilitant & exsiccant, calore dissipato, cibos crudos & indigestos relinquent, & multum omnino crassæ vitiolæq; materiæ in corpore coacervant.

58. *Tanquam* *innervationes* tandem *regi* *epexhortationes* quoq; ratio habenda, ut *Urine*, siquidem ejus materiâ calculificâ imprægnata, ultra legitimum tempus *retentione*, quod in conviviis ac Nuptiis, in quibus cœna in majorem noctis partem protahitur, fieri malè assolet, nihil certè nocentiūs.

59. Con-

59. Consuetarum pariter *evacuationum* aliarum statim temporibus *intermissione* negligentior insigniter obest; peccans enim materia iter plerumq; ad partes affectas, Renes & Vesicam parat; E contrario vero *immodica* excernendorum *excretio*, spiritus dissipando frigidam inducit intemperiem & stuporem.

60. Huc referenda *Venus* immoderatio, qua uti renes eruvando ad calculi procreationem disponit, sic lape in iis diu latentes provocando, Nephriticis doloribus ansam praebet.

61. Et nullatenus contemnendam ad retinendum Calculosam materiam occasionem subministrat, *solidi firmive aliquid in Renibus ac Vesica* occurrens, ut limus, puris grumi, sordes varij generis, herbarum, radicum filamenta, semina, Nam circa id genus quisq; vilias quasi prima fundamenta, Tartarea materia, haut aliter ac saccharum Candi, Vitriolum, Alumen, circa bacillos ligneos, item lapis Bezoar circum tenuem paleam vel nucleum, sese incrassare, & praeter modum etiam crescere potest; ut etiam crinalem acum à virgin e, & claviculam à claustrario, aliquando per imprudenteriam deglutitas, in medio Calculi, ovi gallinacei magnitudinem æquantis, tenacissimè impactas, & mira Naturæ solertia ad vesicam delatas & exclusas esse compertum sit.

62. Posteaquam de aliis *rebus non Naturalibus* sermonem feci, restat, ut de *Animi Pathematis* breviter dicam. *Animi* siquidem *passiones*, commotiones, ira vehemens, curæ, Calculosis variè nocere possunt, humores enim concitandi, spiritus exhauriendi, calorem innatum, ejusq; pabulum, humidum radicale expugnandi, & concoctionem frustrandi vim obtinent, unde cruditatum fons & *Scaturigo* omnium.

63. Hisce præmissis ac præsuppositiis tanquam præcogitis, nunc *Calculi Definitionem* inde colligimus & tradimus talem.

64. **CALCULUS RENUM & VESICÆ** est *Corpus* durum, *Lapideum* sive *Tophaceum*, quod vel in *Renum* sinibus, vel in *DEFINITIONIBUS* eorundem *Carne* primò, in *Vesica* autem vel primò, vel ducto e *RE-* *TIO*. *ipsa* *secunda* *postissimum* *Coctionis* *faculentis*, *sabulosis*, sive *Tartareis* *sero* *permixtis* *excrementis* *concrevit*, *ab* *in situ* *ipsi* *Materie*, & quidem *salinū* *spiritibus* *proximè* *in situ*, *suapte* *Naturæ* *lapidifico* *Principio*, (quamvis non nihil ad Calculum faciat loci subjetti

jeclii siccitas & calor, vel potius, ut Fernelius nobiscum loqui vide-  
tur, insita & arenosa Calculosaq; constitutio sive facultas, qvæ sæ-  
pius est hereditaria) pariens Renum, Ureterum, & Orificii Vesica ob-  
structionem, quandoq; etiam Unitatis solutionem, & gravissima se-  
cum trahens Symptoma.

65. Causis præcipuis expeditis, & concinnata sic definitione,  
**SIGNA.** capello nunc signa.

66. Et quidem ad *Diagnosticæ* sive τὰ τῶν παρεόντων δηλωτi-  
κὰ qvod attinet, qvamvis singula per se spectata communia aut af-  
**PATHO-** fidentia videri possint, omnia tamen simul sumpta, fiunt παθογενε-  
**GNOMO-** μονικὰ & convertibilia, in morbi cognitionem infallibiliter nos-  
**NICA.** deducentia.

67. In ipsa Renum substantia si quietis adhuc amans delituerit  
Calculus, dolor magis gravatus, sin autem in cavitate & vasis ja-  
cuerit, lancingans, distendens, instar aculei infixi pungens, circa  
primam lumborum vertebram percipitur, urina ut plurimum  
aquea est & cruda.

68. Postqvam verò jam è renibus emotus & ad Ureteras de-  
volutus erit calculus, dolor ob sensum, qvem Ureteres exquisitissi-  
mum habent, longè est, qvam antea, acutior, qui si à transeuntis  
asperitate vulnerentur, cruentum emittitur lotium, & nisi totaliter  
Ureteres obstructi fuerint, sæpe copiosum & turbulentum, non  
nunquam cum exiguis filamentis & arenoso sedimento, spina dor-  
si agre inflectitur, adeo corporis femoris & pedis, testiculorum retractio  
sursum sentitur, dextri, quando dexter, sinistri, quando sinister Re-  
num patitur; qvibus annumerantur ructus cerebrimi, vomitus, nau-  
sea & ventriculi àvaregnè, ob peritonæi Communicationem &  
mutuam partium in se ἀδέλφιè seu Sympathiam. An verò uterq;  
Ren, an alter tantum, & uter duorum afficiatur, ex sede doloris di-  
gnoscitur.

69. Decubitu etiam in partem afflictam dolor mitigari, in ad-  
versam & ex alimento assumpto exasperari consuevit plerumq;  
Placatur insuper & ad ingvina usq; dolor protenditur, ubi per ure-  
teras ad Vesicam pergit, inq; ejus cavum calculus cum jam pro-  
siliit, ut plurimum cessat.

70. Si-

70. *Signum* autem verè *apodicticum* est, & ad ipsam affectus Speciem demonstrandum sufficientissimum, si calculi jam elab- rati cum urina excernantur. Hoc enim signo posito, de affectus spe- cie, Calculo, nihil amplius dubii relinquitur.

71. Cùm verò magna sit Nephritidi cum *Colica* affinitas & *DISTIN-* signorum similitudo, similitudo autem illa ambiguitatem & erro- *CTIVA.* res patiat; *Signa Distinctiva* requiruntur, qvibus affectus alter ab altero discriminari possit.

72. Possunt tamen aliquando coincidere, & eodem tempo- re hominem torquere, ut *Platerus* observavit lib. 2. obs. p. 426. & alij.

73. *Distinguuntur felicissimè*, ex situ loci dolentis, doloris specie, ejusdemq; fixitate, excretis, juvantibus deniq; & laudentibus.

74. *Nepriticus dolor* Renum regione circumscribitur, & versus posteriora ad vertebrales lumborum deflectit, eodem in loco stabi- lis est ac fixus, donec è Renibus Calculus emergens juxta Uteretum ductus, versus pubem moveri incipiat.

75. Dolor autem *Colicus* sive *Colica* passio sedem etiam *supra* Renes, maximè in latere sinistro ad anteriora umbilicum versus in- vadit, eamq; subinde mutans, regionem abdominis omnem ultrò citròq; sursum deorsum, murmure quodam ac rugitu, qualem vix audias in Nephritide, pererrat, alvumq; occludit, ut ne flatus qui- dem nec ructus exitum invenire possit. Quare etiam exonerata alvo, aut flatibus saltem discussis dolor *Colicus* vel conquiescit planè, vel plurimum inde sublevatur æger.

76. Nephritis verò reddit & durat, (quamvis soluta alvo aue- erumpente flatu non nihil mitescat) constante nimisrum adhuc in Renibus lapidis stimulò, doloris causâ.

77. Quid corporū etiam *erigendi impotentia*, *torpor*, *lumbo-* rumq; *gravitas*, propter compressionem lumbalium musculorum & nervorum, qui in cruris musculos expanduntur, orta, hanc ob- scure Nephritidem à *Colica* distinguere docent.

78. Ipsiis deniq; *Excrementis* discernuntur. Initio enim Ne- phritidis propter obstructionem Urina tenuis, aqua & cruda con-

C

spici-

spicitur, vel guttatum cum acrimonia quadam extillat, vel plane  
supprimitur, dehinc cum arenularum sabulo, calculo, vel cruenta  
extingitur. Alvi feces sunt solito duriores.

79. In *Colica* autem *Urina* in principio *rubentes* & *crassa* sine  
*impedimento* excernuntur, quod bilis ob viam ad intestina inter-  
ceptam ad Renes fertur, alius ferè obstructa est, & si quid excerni-  
tur, *flatuosum* existit, ut etiam aquæ supernatare videatur, & sterco-  
ri bubulo consistentiâ respondeat.

80. Reliqua etiam signa Nephritidem indicantia, ut alterius  
femoris, quod è directo Renis affecti est, stupor &c. in *Colica* non  
apparent, in quibus tamen omnibus tanta sœpe est obscuritas &  
Confusio, ut *euστχίαν* Medici etiam solertissimi eludat & fallat.  
Sequuntur *Signa Diagnostica*, *Vesicæ* lapidem denunciantia.

81. In hoc *lotium* in ipsa mictione, maximè circa finem *repente*  
**SIGNA** *supprimi*, at resupinato *concuſſo*q; ægrō; nisi *Calculus* ostiō *ve-*  
**gnosti-** *ſicæ* minor, canalem penitus ingressus fuerit, liberius rursum efflu-  
**ca cal-** *re* solet, *Urina* ferè ſemp̄ *crassa* & *mucosa* est cum *ſedimento albo*,  
**culi ve-** & si *Calculus* ſit friabilis, *arenosus*; In *vesicæ* collo *dolor*, circa pubem  
**SICÆ.** & perinæum oberrans ac *moleſta* quædam *titillatio*, aut si gran-  
dior fuerit lapis, *ponderis* incubentis *sensus* in ipsa *vesica* percipi-  
tur; *crura* alternatim *moventur*, *deiſcendi cupiditas* comittatur, fre-  
quens insuper est & facilis *virgæ ereſtio*, propter *urinæ retentio-*  
*nem* & *mingendi difficultatem*; *vaginæ* *τε* *μηρῶν* *urgit* *ἰξιν*, & alia  
*Nephritidū* *signa* absunt. & tandem immisso *Cathetere* argenteo,   
vel in anum, anterioſa versus, digitō, cumprimis si *Calculus* ſit  
major, nudus, nec mucō lubricisq; humoribus circumveſtitus.  
Alias enim hanc explorandi rationem fallere, & integumentum  
illud in *cavſa* eſſe, quod minus ex *syringe* contactu lapis perſentiri  
poſſit, impoſito alteri ſua manu *cathetere* periculum fecit ipſe  
Fallopius; adi *Marc.* *Donat.* de med. *Hist. mir.* p. m. 186.

82. Hac itaq; signorum *συδεμῆν* uno intuitu diligentius  
conſideratā, haut difficile erit Nephritis ac lithias in ire investiga-  
tum, neq; enim *arenulū* *ſolis* cum *lotio redditis*, signo quippe tam  
incerto, tam inſido, ut vix aliud incertius reperiri poſſit, fidem  
adhi-

adhibere expedit: Qvandoqvidem, ut Hipp. vocat, èr tñ òvqñ  
ψαυμώδεα, seu *sabulosa* illa, non semper Renum aut Vesicæ lapi-  
dem arguere, sed haut-rarò à duriusculo, item infoslo & latente in  
Renum carne Calculo, planè nulla excludi, persæpe verò in jec-  
noris intemperie calida, ob sanguinis in venis adustionem, per fe-  
bres ardentes, nonnunquam à sanis, citra tamen omnem Calculi  
suspicionem, sat multa prodire testatur de seipso Cardanus comm.  
in citatum Hipp. 4. aph. 79. additq; vix è decem sanū unum esse,  
qvi à mictione arenarum planè sit immunis, atq; id in primis ob-  
servari in Hispanis autor est Thomas à Veiga.

83. A vero quoq; alienum est, qvod qvidam certò sibi persva-  
denn, è Renibus Calculos rubros, è Vesica verò albos tantum pro-  
venire, cùm id *Experientia & Autopsie* manifestè contradicat, qvā  
Magistræ edocit sunt multi, etiam *albicantes in Renibus* nasci, qvos  
post mortem exemerunt.

84. Utrum magnus sit Calculus, an verò exiguus, rotundus,  
lævis, asper & angulosus, an in Renibus quiescens, seu ureteri im-  
pactus, ex hac tenus dictis, & post dicendis facile cuivis innotescet.

85. *Cause Antecedentes & Procatartica*, nec non reliqva dif-  
ferentia suis etiam signis dignosci poterunt; sic qvā vietū ratiōne  
æger antea usus fuerit; an *malum* sit *hereditarium*, & à parentibus  
Calculosis contractum, ex ipsius ægri aliorumve relatu addispen-  
dum erit.

86. Quid verò de eventu Calculi utriusq; partis sperandum. PR O-  
sit, *Prognostica* seqventia edocebunt, ubi, ut alias in omni progn- GNOSTI<sub>CA</sub>  
si, ita & hic, ne præceps nimis sit Medicus, cautio est.

87. Nephritis & Lithiasis in genere propter doloris tyranni-  
dem & vigilias, unde virium dejectio & gravissima mala oriuntur,  
periculo non vacat.

88. *Calculi friabiles, exigui*, facilius comminuuntur & expel-  
luntur, nec qvi sunt *læves, rotundi*, tantum dolorem afferunt, qvā  
qvi contrario modò sese habent, *oblongi, asperi, & indurati*, qvi so-  
la tritura comminuendi.

89. Renum Calculi discontinuatu sunt faciliores qvā Ves-  
icæ, ob loci distantiam & Vesicæ amplitudinem.

90. Calculi *grandiores*, *duriores*, & qvi tenaciter Vesicæ tunicis adhærent, vel nunquam vel summo cum periculō *excidentur*.

91. In senili quoq; corpore plaga difficulter coalescit, Renumq; & Vesicæ morbi in illis vix ullam curationem admittunt, ob excrementorum, quam coacervant, copiam, & virtutis debilitatem, secundum 6. Aph. 6.

92. A lapide *aspero* & *angulato* *exulceratio* Curatu perdifficilis, cùm, qvæ lapidem comminuunt, ulceri incommodent.

93. Qvibus *uteris*, Ren laborat, longè deterius habent, qvām qvibus alteruter tantūm afficitur.

94. Ægrius ejectu est, qvi *carni Renum impactus* Calculus; facilius, qvi hæret *in sinibus*

95. *Arthriti Nephritidi* superveniens malum lenit, & à lapillis postmodum in Renibus & Vesica gignendis hominem præservat, materiâ tartareâ aliò ad articulos protrusâ, redundantem tamen materiâ, sæpius utraq; infestat.

96. Non tam frequenter Renum Calculum patiuntur, qvibus soluta est *alvus*, & qvi facile vomunt: frequenterius, qvibus alvus est adstricta, & excrementa salsuginosa accumulantur.

97. Qvisqvis etiam Calculosus *Urinam* reddiderit diu tenuem & aqvosam, pro infelici signo id habeat, ejusmodi enim Urina suspicionem affert *obstructionis Renum contumacis*, à Calculo fieri missimè compaecto.

98. Illi, qvi jam *sapius Calculorum tormenta passi* sunt, eosq; crebro excernunt, qvoniā urinæ ductus à frequenti Calculi itinere magis patent, non nisi justò grandioribus excruciantur, parvis non adeò, siqvadem reperti sunt Ureteres in aliquibus tam ampli, ut major in eos digitus vel pollex immitti potuerit, & in viventibus meatis longè patentiores esse, qm in mortuis, exemplum Claustrarii suprà adductum, perspicuè docet: item virginis, qvæ acum crinalem deglutivisse, eamq; Calculo, ovum Gallinaceum magnitudine æquante, obductam, per Urinam reddidisse legitur. Platerus ipse lib. 2. obs. p. m. 436. in Nibili qvadam Matrona, qm secuit, Ureterem à Calculo intestini cuiusdam dilatatum se vidisse scribit.

99. Qvi-

99. Qvibuscunq; malum hereditarium existit, aut ubi à parentibus in sobolem derivatur Calculosa Renum ac Vesicæ dispositio, à Calculo immunes esse vix poterunt. Qvod etiam de illis divinare licet, in qvib. vitæ conditionis & officii ratione τῶν δεόντων neglectus accesserit, quiq; severioris diætæ legibus, et si possent, sese adstringere nolunt; Durat qvippe Galeni καθολικὸν illud Θεώρημα, de curandi rat. per venæ. c. 7. Ei, qui rectam vicit rationem servare nequit, Medicamenta prescribere, supervacaneum est. (Solche essen lieber und trinken was ihnen wohltäuft / und leiden das für/was sie können/ut Germanorum Proverbiū habet.)

100. Qvin etiam, ubi affectus jam altas egerit radices, & calculus tām Renum qvā Vesicæ in tantam excreverit quantitatem, ut ille per Ureteras, hic per orificium vesicæ egredi nequeat nullā ratione, nec sine magno vitæ periculo extirpari, nedum frangi poterit.

101. Viderint itaq; delicatuli illi, & desides propriæ salutis oseres, qvibus in mali initio, vel minore incremento, ad qvodlibet Medicamen oblatum nauseare, omnemq; Medendi occasionem perperam procrastinare non est novum, tantisperdum Calculus in eam molem vel figuram augescat, qvæ postea omnem Medici, etiam Doctissimi, curationem respuat, & meminerint potius bellè monentis Ovidii:

Vidi ego, qvod fuerat primò sanabile vulnus,  
dilatum, longæ damna tulisse mōræ.

102. Qvisquis etiam ad biduum vel triduum, Calculi aut alius rei cuiusdam obstruentis merito, urinam non emiserit, & hinc per evadēsque in materia evaserit comatosus, difficultasq; spirandi advenierit, brevi expirabit.

103. Tantum de Natura, causis, differentiis & signis Calculi dixisse sufficiat, reliquum est, ut breviter dispiciamus, qvā Methodo & qvibus Remediis ille expugnari possit.

104. In Curatione autem tres præcipue Scopi Medico sunt pro SCOPIS positi, 1. ut operam det, quā ratione ingratus hic hospes semel intro CURAN- missus, maturè iterum ē corpore exturbetur. 2. Inhibeat, ne denuo in DI- locum exturbati alius succrescere possit 3. ut Dolorū vehementia mi- tigetur.

105. Ad duo priora obtinendum & assequendum opus est *tribus instrumentis*, quibus Medentis *Curatio* absolvitur: *legitimò* pura *Dietæ* moderamine; *Pharmacū* internè & externè adhibitis; *Chirurgiā*.

106. Verūm hic *ἀπεθόως* & temerè operari minimè decet, nī periculis aliorum discere, & experimenta, ut cum Plinio loquar, per Mortes agere impie velimus, cūm in comperto sit, *τὰναγκειονταχοῦ λυτηρὴν εἴναι*, & præpostorā medicandi ratione, nefandisq; nugivendulorum quotundam *Chymicorum* sceleribus, qui lucri prurigine ad medendum ultro sāpe se intrudunt, complures *τῶν λιθιώτων* è vivis sublatos esse & interiisse misserrimè.

107. Quapropter Caveant sibi, & cautiū mercari discant in posterum omnes, quotquot quibuslibet *Idiotū*, *Circumferaneū*, *Rasoribus*, *Medicastris Clericis*, *Aniculū* & cæteris ejusdem *farinæ* hominibus, Medicinam sat temere facientibus, vitam suam potius concredere, quām Medicū aliis *legitimè ordinatis* malunt, nescientes interim, qvōd sit periculum in nullo, quām simulacrum Medicorum mendacio majus.

**VICTUS RATIO.** 108. Nec leve, utia viam redeam, præsidium calculosis in accurata *victus ratione*, & aliarum *Rerum non Natur.* est positum, ea enim, si quandoq; Calculi somitem penitus a verruncare non licet, præpopetrās tamen ejus recursus satis longo sāpe intervallō retardare certè potest. Hanc igitur omnia primò, quām fieri poterit accuratissimè, calculum patientibus præscribere, ratio ordinis suō qvodam jure postulare videtur, ac suprà facta promissa.

109. *Aer*, in quo versetur æger, purus lucidus & moderatus eligatur, Qui si ob naturam loci talis haberi nequit, arte immutandus erit.

110. In *Cibo* & *Potu* maximè delectus habeatur, cibiq; in'gene, re sunt simplices *εὐχυποι*, *εὐπτετην*, lubricantes, non multum excrementorū flatuumq; generantes, *ένοργκοις* verò hominibus attenuantes, incidentes, partiumq; *δυσηγειῶν* debitè emendantes, habitā semper ratione temperiei & corporis constitutionis. Rectò tempore & ordine assumantur, nec priori nondum concocto qvid.

quidquam de novo ingeratur, & si quid largiore refectione peccatum est, id sequentis mensa parsimoniâ subtrahatur; Cibus potum præcedat, & dentibus, quæ fieri debet, τῆς τροφῆς εἰς μηχανήσις, in id apprimè utilis, ut calor ventriculi citius concoquat, & corpus bene nutritur, præ nimia festinatione aut fame ne negligatur; secus qui faciunt, Cruditates coacervant, & Arabibus Animam suam odissè dicuntur.

111. Triverbiô dicam, nîl convenientius sobrietate vitâq; frugali, cruditate repletione ac frequenti οἰνομοίᾳ ad extremos indos & Garamantas usq; relegatis.

112. Exulent ergo à calculosorum mensis cibi δύσπεια, αὐτο-  
μικίλοι, nimium acres, salsi, exsiccantes, calefacientes, caseus, oxy-  
gala, & omnia subsequentibus contraria.

113. Panis sit Olyraceus, ( Roggen ) & , quod Trincavellius so-  
licité monet, non planè à furfure expurgatus, cui commodè addi-  
tur aliquid salis & anisi, seu sem. foenic. carvi, idq; eò majori fru-  
ctu, si æger sit ventriculo frigidore, habituq; corporis pingvi atq;  
obeso.

114. Carnibus vescendum est Caponum, Gallinarum, Pullo-  
rum, Gallorum indicorum juvenum, Ayicularum sylvestrium  
& montanaram, ut Perdicum, Alaudarum, Attagenum, Turturum  
Turdorum, Columbarum sylvestrium, de passere τρωγλοδύτη,  
seu Regulo infrâ monebimus.

115. In substantiam alendi facilissimè convertuntur: ova sorbi-  
lia recentissima, carnes Vervetum juniorum, Agnorum, qui an-  
num jam Compleverunt, Capreolorum, Vitulinæ, quæ Vervetinæ  
proximæ, earumq; jusculta non nimium salita.

116. E Piscibus pro optimis habentur fluviatiles & squamige-  
ri, quales sunt Lucii juniorum, Salmones, Aselli recentes, Percæ, Fun-  
duli, Amia, Carpiones licet squamas habeant, & à multis in deli-  
ctiis habeantur, ob litosum tamen & excrementarium, quô ab-  
undant, succum, improbantur, nisi in aquis puris degant.

117. Magni siant ex Leguminum genere, juscula Cicerum, Piso-  
rum, cæmorum Hordei vel pisi ana hordeacea, Oryza, utraq; potius  
cum jure carnium, quam cum lacte cocta. E fructibus pruna U-  
ngarica, Cappares Aquâ tepidâ abluta, & oleo recenti in prima men-  
sa

sa comestæ, Alkekengi saccharo conditi, Melones maturi, mala Citria, Fraga, Poma Borstoriana cum saccharo cocta, Corinthia-  
cæ, Uvæ passæ, qvæ epatis anima perhibentur, Cerasa acidula,  
Mora, Nuces avellanæ, juglandes recentes purgatæ, Amygdala, Pi-  
neæ, Ficus.

118. Inter *Herbas & Olera* principem locum tenent: Cichore-  
um, Betonica, Pimpinella, Beta, Lactucæ, Urticæ teneræ, Asparago-  
rum turiones, Endiviae cum Petroselino, Fœniculo, Ruta, Nastur-  
tio, Lupulorum primagermina, Salvia, Pastinaca sativa, radices  
Betae rubræ, Raphanus minor seu Radicula, Chærefolium singula-  
re Calculi remedium.

119. *Condimenta* verò, si qvæ ventriculi langvor requirere vi-  
deatur, ne sint vehementer acria, calida, salsa ac diuretica; sufficit  
Cinnamomum aut Macis frustulatum concisa, fœniculi aut Anisi  
semen modicè sumptum, & qvod obiter circa viatum hic notari  
velim, cautione summâ opus est, ne in universum omnibus Diure-  
ticam vim habentibus inconsultè utamur, eaq; cibis aliis ne admi-  
sceamus, nedum præberi concedamus, nisi purgatò priùs corpore,  
& jejunio vacuoq; ventriculo, qvò liberè ad Renes & Vesicam per-  
meare queant; Contrà enim si fiat, Chylum nondum rectè elabo-  
ratum, in venas secum rapiunt, & ipsorum impetu impurior Cor-  
poris sentina omnis ad Renes & Vesicam unà devehitur, malumq;  
sic augetur & quasi duplicatur, prout fit ab intempestivo radicum  
Petroselini usu, qvas indoctum yulgus, & mulierculæ, insulæ me-  
dicatrices præservandi causâ quotidiani cibis, carnibus & pisci-  
bus, sine judicio, copiosè sèpe incoqvunt.

120. E *Potulentorum* genere minus nocet *Vinum* hornum, al-  
bum, non aescens, qvale Rhenanum verum, aut Gallicum, & si ge-  
nerosius fuerit, lymphâ dilutum, purum, non saccharatum, qvod  
obstructionibus & crudorum humorum collectioni occasionem  
præbere potest; Nec improbatur *Hydromel* Lithuanicum simplex,  
(Medonem vocant,) bene paratum, quod non existente notabili  
aliquo p. n. renum calore, tantopere à non nullis commendatur,  
ut infelices censeantur, qvotq; è grege *Calculorum* hunc  
potum aversantur.

121. *Quia*

121. Qvinetiam *Cerevisiarum magna est differentia, in genere granis sint coctæ bonis, claræ, non recentes, modicæ ætatis, Rostochiensis & Stetinensis nullis facilè cedunt, potissimum si defæcatae, si probè coctæ, & moderatè lupulis temperatæ fuerint, & si talis Bardenis nativa qvandoq; exiterit, forte culpâ atq; reprehensione vacabit. Brunsvicensem (Mumme) & Embecensem Johannnes Placotomus, Regiomontanæ Academiæ qvondam Professor in suo de Natura Cerevisiarum libro p. m. 97. ex aqua, unde coquuntur, aliquid vitii contrahere suspicatur, & hinc facile dysuriam adferre, ac calculum generare, (cum plurimi non solùm Brunswigæ, sed & in vicinia calculosi reperiantur,) concludit.*

122. *Aqua salsa, turbida, arenosa, cāne pejus & angvæ fugienda. Sunt qui commendant aquæ fontanæ tepidæ, exquisitè claræ haustum, ante cibum, vel potum aquæ frigidæ, inter cibos, qvòd hinc non parùm remittat Renum incendium. Sed salutarius esse reor, decoctum hordei cum passul. min. Glycyrrhiza, Sebesten, vel julepum aliquem Violar, Rosar, vel jus pulli Gallinac. vitulinæ vel vervecinæ cārnis 5. vel 6. Unciat. mensurā, matutinis & vesperinis horis, ante pastum, modicè calidum exhaustum, item juscum Cicerum rubr. avenatum crassisculum, Ēine gute Habergerüsse; Qvæ tamen alterare radic. Petrosel. recent. Althææ, Malvæ, & aliis convenientibus licet.*

123. *Atqvi planè ἐκτὸς τῶν ἐλαττῶν disputationis meæ versarer, si penum eorum omnium, qvæ esui potuiq; sunt, hīc aperire vellem, sufficit ei, qui inopinatò subjugari à Calculo & cruditatibus nolit, ut contrarius eat diætæ, cuius in superioribus mentionem feci.*

124. *Motus quoq; corporis, defatigatione tamen vitatæ, horâ unâ ante prandium vel cænam institutus, apprimè, etiam sanos, juvat & insignes corpori Calculoso utilitates afferit, Cūm non modò calorem naturalem, ut felicior nutritio fiat, excitare, sed & subtilosæ materiæ expulsionem promovere possit, qvæ otio alioquin facile subsistit, & ἐπιμήδως per quietem plurimum Tartari colligatur.*

125. *Ex Somno etiam moderato haut parùm redundat in Calculos utilitatis, spiritus qvippe dissipati per somnum instaurantur.*

D

tur,

tur, & dum ad viscera avocatur calor, alimenti crudorumq; humorum coctio & separatio rectius perficitur, & dolor sedatur.

126. *Vigiliae* item, si modum non excesserint, spiritus ac calorem in omnes corporis partes mittendo, alimenti distributionem superflorumq; propulsionem egregie juvant.

127. *Decubitus supinus* non nisi tempore exacerbationis, quando detrudendus est lapis, docente id Avicennā, permittitur, ad resolutionem enim materiæ & viarum laxitatem pluimū confert.

128. Si quodam tempore lucubrandum & studiis invigilandum, non nisi absoluta concoctione id fiat.

129. *Excrementsa* tandem *Alvi* & *Vesicae* quod concernit, nisi quotidie suā sponte & Natura exeat, arte deponantur. Præstat itaque induratum alvum Electuariorū lenitiv. Diapruno passulato, Mannā, semine Carthami & in primis Cassiā cum momento Glycyrrizæ vel levi Clysimate emollire. Tum præterea, si quæ aegro à Natura aliæ consuetæ evacuationes fuerint, quales in quibusdam hæmorrhoidum fluxus, in mulieribus menses, ea ne suppressantur seriò providendum. Excessus tamen ut alibi, ita & hic summopere devitandus, πᾶν γέγονον τὴν φύσην πλέμειον. *Venus* petulca vel planè aspernanda, vel aliquin castè eidem operanda.

130. *Affectus* ultimò, quoniam non parvam corpus nostrum afficiendi vim habent, animumq; perturbant, ex opposito evanescunt ad tuendam sanitatem proficit plurimū, tradantur illi protervis in mare Creticum portanda ventis, vel saltē Rationis ac Prudentiæ freno coērcentur, tales è pluribus sunt: excandescētia, æmulatio, miceror, invidentia, morositas, sollicitudo, dolor, lamentatio, desperatio. Hilaris animus, & gaudia moderata, naturali corporis constitutioni conservandæ aptissima.

131. Cæterū quid attinet porro his, & similibus enarrandis me immorari diutius? reliquum est, ut, quā ratione ipso affligen-  
**CALCU-**  
**LI CURA-**  
**TIOTEM-**  
**PORE**  
**PAROXY-**  
**SMI.** tis *paroxysmi tempore curatio* tentanda sit, dicam.

132. Calculo jam in viis hærente & excruciantे, non, ut Medi-  
castri perperam faciunt, à diureticorum exhibitione statim inci-  
piendum, sed *Clysterem* dolorem sedantem, renes ab incubente  
fecum onere liberantem, vias urinarias laxantem, materiam in-  
Reni-

Renibus Ureteribus & Vesica, obstructionis causam, emollientem & resolventem, Calculumq; unà cum lotio adexeundum solicitantem, adeoq; pluribus simul scopis inservientem priùs injicere, & pro re nata reiterate, conductit.

133. Paretur itaq; hoc, vel simile *Clyster*, qvod recipit: Herb. Veronicæ Mis. Hed. terr. Parietar. an Mj. Branc. Ursin. Fragariae an M. f. radic. Althææ; Liliæ. alb. an unc. f. sem. Althææ Fœnigr. an. drachm. ij. coq. in f. q. aq. f. colaturæ R.  $\frac{1}{2}$  j. Casiæ extract. pro Clyst. unc. j. f. Ol. Liliæ. alb. Lini an. unc. j. Chamæmel. unc. f. salis drachm. f. F. *Clyster*. Vel seqvens magis laxans ac stimulans. R. rad. Liliæ. unc. j. Ononid. Petroselin. an. drachm. vj. herb. Veronic. Parietar. an. M. j. Saxifrag. Mercur. an M. f. Flor. Chamæm. Genist. Liliæ. an p. j. Baccar. juniper. unc. j. sem. lini dr. vj. Anisi. Apii. Petros. an dr. j. f. coq. in f. q. aq. pro  $\frac{1}{2}$  j. in co-  
lat. distolv. Electuar. Diaphœn. & Benedict. Laxat. an. unc. f. Ol. Anach. Liliæ an. vj. dr. Ol. Scorpion. unc. f. salis com. parum. M. v. Chamæm. Interdum sola Olea vias relaxatum, ut Chamæm. Liliæ. Amygdal. dulc. injici poslunt. Crato parat ex solo deco-  
cto Veronic. cum sach. adipe Cunicul. vel Verveticin. Platerus R. lactis  $\frac{1}{2}$  j. disf. succ. Betae, Mercur. Mellis an unc. j. f. Lariceæ dis-  
sol. in vitell. Ovor. duobus. dr. ij. cum Ol. Chamæm. Aneth. unc. j. F. *Clyster*. Neq; verò semper ad libras accedendum, sed in unciis  
qvandoq; subsistendum, ne injecti clysteris qvantitas distendendo dolorem augere possit.

134. Si à prandio malum invaserit, eibiq; crudi & corrupti in ventriculo redundant, èue *vomitus* provocetur, sem. Raphani, Atrip. Fl. genist. rad. Asaricort. med. Sambuci, &c. vel R. decoct. Raphan. unc. iiiij. oxymel. cum Agarico unc. j. pulv. radic. Asari scrup. iiiij. aq. Cinnam. dr. j. M. F. haustus Vomitorius. Si sponte vomitus adfuerit, non compescendus, sed proritandus est potius si ad eum æger sit facilis, aut alioquin *vomitorius* ut consueverit, si quidem & antecedentem calculi cyslam tempori evacuare anteq; quam ad renes derivetur ipsum verò promovere potest.

135. Ubi *Clyster* officium suum fecerit, & dolor nondum cessat, *Venæctio*, modò ætas aliaq; circumstantia, ut si æger sit.

αιμόφοβο, diversum non svadeant, & *Plethora Viriumq. Robur* constans adfuerit, ut ne ex sanguinis, ob dolorem contumacem ad partem affectam copiosi affluxu φλεγμονή excitetur, à primo mox enemate in usum adhibenda. Secant autem *Venam* internam cubiti lateris dolentis, revulsionis gratiâ, derivationis verò *Venam* in poplite aut talo pedis ejus, qui Reni dolenti subest, pro Circumstantiarum conditione, quæ omnia ut rectè peragantur, à perito quodam Medico consilium petendum erit.

136. Et Corpore sic sufficienter purgatò, conveniunt *Fomentationes*, *Balnea*, *Linimenta*, *Unguenta*, *Cataplasma*, ex emollientib. & anodynis, *Althæa*, *Melilot*. *Malv*. *ol*. *Violar*. *Terebinth*. *sem*. *lini*, *Fœnigr*. *flor*. *Verbasc*. *Chamæm*. *summit*. *Anethi* &c. *Renum* & *Ureterum* regiones inungantur *ol*. *Anethin*. *scorpion*. *Amygd*. *dulc*. *unguento* *Dialthæa*, *Rosarum*, *Agrippæ*, item *dorsum*, *regio Vesicæ*, *pubis*, *perinæi*, *maximè post balneum aut Fotum*, seqventi *Unguento*, *R. mucilag*. *sem*. *Lini unc*. *ijj ol*. *Amygd*. *dulc*. *Violac*. *Chamæm*. *Lilior*. *alb*. *an unc*. *j*. *M. Vel. R. Ol. Lil. alb*. *Alth*. *an unc*. *§*. *scorpion*. *Amygd*. *amar*. *an dr*. *ij*. *unguent* *Althæa dr*. *vi F. linimentum*. In *Renum* *calore* & ad *vias dilatandas* *valet*. *Ol*. *Viol*. *unc*. *j*. *Nenuph*. *flor*. *lactis*, *axung*. *anatis an*. *une*. *§*. *ceræ alb*. *q. f*. *M. quibus addi possunt*, *si liber*, *pinguedines gallin*. *anser*. *Capon*. *butyrum recens*, & aliâ convenientia.

137. *Cataplasma* ex ipsa fomentationis materia parari & calide linteo duplicato inclusa loco dolenti apponi possunt. Commodè etiam *Olea* quædam *vesicæ* *suillæ* includuntur, tepidè loco affecto admovenda, vel decocta herbar. radic. & *sem*. emollient. *spongia* excepta additis quæ *urinam* *move*re solent, & *vinò*, *penitrationis* *causâ*. Nec operam ludet, qvi *chærefolium* *conquassatum* in *sartagine* cum *ol*. *scorp*. *frixum* *imponere* volet.

138. Decet autem usum eorum omnium ac singulorum reiteratis vicibus, quoad *urina* *liberius* *fluxerit*, *continuare*, & si *Clysteres* diutius retineantur, *suppositorio* *indito*, vel *balano* *eos* *promovere*, ut *R. Specier*. *Hieræ picr*. *Galen*. *scrup. ij*. *trochisc*. *Alhandel*. *scr. j. salis* & *mellis an*. *q. f*. *cui* in *cuspide* *Diagrydij gr*. *ijj*. *addantur*.

139. Quibus decenter administratis, propinari poterit *Fore-  
stides*

Si decoctum vel aliud. Illud h. m. (lib. 24. obs. 29.) præscribitur: R. sem. Malvæ, Althææ, an dr. iij Cicer. rubr. unc. iiij. sem. 4. frigid. maj. an. dr. ij. hordei mund. unc. ij. Caticar. ping: n. IX. festen. n. viij. Glycîrrhizæ rasæ drach. Vi. decoq; in lib. iiiij. aq. pluvial. ad Consumpt. med. Quod bibat æger.

140. Hinc *Inseffus* in Balneo humido, actu calido, ex herbarum convenientium decoctione paratu faciles sunt, E. g. R. Herb. Althææ, Malvæ, Atrip. Parietar. Artemis, Serpilli, Origani, Calamenth. Betonic. Senecion. Verben. flor. Chamæm. Violar. &c. Radic. lilior. alb. Pastinac. Raparum, Raphani. sem. lini, Fœnugr. Carvi, Petros. Apij. Vel R. Rad. lilior alb. Althææ, an unc. j. herb. Pariet. Veronic. Malvæ, saxifr. an. M. IV. flor. verbasci Melilot. Chamæm. an. Mij. sem. Lini. Fœnugr. Althææ Saxifrag. an unc. j. coq in l. q. aq. l. pro Balneo, in semicupio, vel vase lumbario dicto, in quo umbilicotenus & ultrà Calculosus confideat, hoc enim in magnis cruciatibus Nephriticis Remedium esse præstantissimum Platerus testatur.

141. Qvòd si etiam è *Diureticu*, item qvæ laxant, flatus discutunt, aperiunt, Calculoq; pellendo accommodata sunt, collisa qvædam & facculo inclusa prædictis addere libet, non abs re hoc fore existimo; Qv in etiam foris ea admovere, partemq; affectam herbis coctis demulcere non inutile est; Addi autem poterunt: Rad. Pimpin. Filipend. Urtic. Ononid. Rubiæ, Glycyrr. herb. Sisymb. aquat. Aquil. Abrotan. Bupleur. flor. Verbasc. Genist. sem. Mil. Solis, Fœnic. Dauci, Alkek. Petrosel. bacc. junip. & alia.

142. Inter balneandum bibat ægrotus de decocto superioris haustum, vel Cicerum rub. & radic. aperientium. Nec diu immortetur balneo, ne vires dissolvantur.

143. His ita dextre præmissis, viisq; sufficenter oblinitis, humectatis, dilatatis, demulsò dolore, materia emolliè & præparata, corporis sentinâ expurgatâ & urina fluente, tum demum liberaliori manu *Diuretica mitora* in usum sunt accersenda, in qvibus tamen propinandis delectu opus est, ne in calida & sicca Renum constitutione oleum, qvod ajunt, camino addatur, & majus datum infeatur.

144. Tandem, quando jam Ureteras est ingressus Calculus, ad Cucurbitulas s. scar. seu ventosas, tanquam sacram Anchoram configiendum, & applicari possunt gradatim à regione Renis afflicti ad pubem deorsum, secundum Ureterum ductum procedendo, quibus lapis paulatim in Vesicæ capacitatem protrahitur, quò eum pervenisse mitigatione doloris indicat. Manu quoq; calidâ vel panno frictio fortis facta, à doloris sede deorsum idem praestare dicitur. In via si substiterit & dolores pepererit, erecte Corpore stare, vel deambulando leviter illud exercere, quò Calculuseò citius & promptius descendat, juvabit.

145. Sin autem ex Ureteris initio, propter cruciatum, qvem ibi infert, intolerabilem, in Renum cavum retrogradi debeat, pedes in altum eleventur, & nonnihil lumbi concutiantur, hâc enim ratione dolor interdum subito quiescit.

146. Sic spiritus valida impulsio, vomitus, sternutatio, imperu suô sat valido ad Calculum, si in via hæserit, loco movendum, aliquid adjumenti afferre possunt.

147. Ubi jam in Vesicam transvectus, orificium ejus obstruit, ut propter Urinæ retentionem & inde natum dolorem summum æger fere enecari videatur, tum Catheter instrumentum cavum, urinæ proliendi idoneum, per cervicem, ( à perito tamen Artifice, qvi partes non laedat,) ad Vesicam usq; intromitti utiliter poterit, lapis obturans à Collo Vesicæ propelli, & Urina educi, ægro interea vel supino cubante, vel scammo insidente, Cruribus divaricatis Candela teres, cerea eundem hic usum habet, qvæ, cùm molli sit, minori fere labore ad Vesicam usq; adigitur.

148. Suctione tandem, Missionu impetu, Sectione expellitur, at trahitur, eximitur Calculus, qvorum ultimum, Sectione, non sine Mortis periculo & convulsionum, qvæ seqviscent, perficitur, ut felicissimi censendi sint illi, qvi in Lithotomorum manus aut nunquam pervenere, aut liberi viviq; ab ipsis evasere.

**CALCII.** 149. Et hoc usq; Curationi, tempore exacerbationu instituendæ toti vacavimus; Nunc ad præservationem alterum medicacionis scopum, tempore intermissionis, ubi jam æger à Paroxysmo fuerit liberatus, observandum, transituri sumus.

**LI PRÆ-CAUTIO** 150. Etenim cùm non sufficiat tantum propulsare hostem, sed

**TEMPO-RE IN-TERMIS-SIONIS.**

sed ita debellare eundem deceat, ne datis induciis facili negotio se recipere possit, proin contra hujus hostis hostiles admodum in- cursus, summā diligentia & quām fieri poterit, maturimē præmu- niendi sunt *ad calculum dispositi*, ut ne levi brachio ab eo supplan- tentur, & deniq; nec opinantes, nec hostile qvidqvam sperantes, oceidantur.

151. Qvæ omnia præcaventur, si ea qvæ *Calculo materiam* sug- gerant, Renes & Vesicam debilitant, calefaciunt & exsiccant immo & nimium refrigerant, serio suhrahamus; Contrà, qvæ ab adhæsu arenulatum Renes abstergere, qvæq; *Calculos*, dum exigui adhuc & friabiles, dissipare, deorsumq; promovere apta sunt, admini- stremus.

152. Cardanus in Aph. Hipp. Comm. per compendium q. recenset, qvæ prohibeant, ne Calculus generari facile possit, sunt ea stragulum potestate minimè calidum, usus olei oliv. rec. butyri à caseo abstinentia & ijs, qvæ ex lacte fiunt, item Terreis & salmis, ex- pressa diligens fedimicari, dum mingitur, tum qvod omnia fere complectuntur, evare à rapula & eruditate.

153. Qyoniam igitur maxima spes hunc affectum præcavendi in exquisita *Vitius ratione* posita est, eum vivendi modum patiens omnino observet, quem in loco de *Dieta* pleniū descriptissimus.

154. Dehinc summopere in rem Calculosi fore crediderim, si suæ Artis bene gnari alicujus *Medici*, non cujusvis inerti circum- foranei & *pseudoMedici*, qui hanc vel illam formulam pro thesau- ro habet, & eodem calapodiō omnes calceare contendit, præscri- ptō, per intervalla, Vere cum primis & Autumno, atq; interme- diis, si necessitas exigat, temporib. *corpus* à vitiosorum humorum camarina (priùs tamen, ut par est, melle Rosar. solut. syrup. Capill. Vener. de 2. vel 5. radic. Byzantino, Oxymel. simpl. & aq. Borrug Scabios. Saxifr. Calaminth. Puleg. Beronic. *humorib. pre- paratis*) expurgetur, & antecedentium Causarum moles ever- ratur, qvod commodè fieri poterit *Pharmatis*, tum ad quosvis humo- res exsuperantes, tum ad sałos & serosos Ichores à Renibus aver- tendos directis, & absq; insigni eorum agitatione alvum blande subducentibus, exhibitiis, ut ita corpus purum, utinèc morbi aliis, sic Calculo minùs fiat obnoxium.

155. Ta-

155. *Talia sunt Rhabarb. Manna fol. Senæ, Mechoac. Agaric. Trochisc. flores Cassiæ rec. extracti, extract. Rhabarb. exir. Mechoac. tremor tartari, è compositis Electuarium lenitiv. diaprun. simpl. Pasulat. leniens, Diacatholicon, Diaphœnic. sirup. de Cichor. c. Rhabarb. Rosar. Violar. solutiv. &c. ex qibus omnibus pro ægri palato & peccantis humoris ratione hæc vel illa Medicamenti formula parari potest; e. g. R. flor. Casl. unc. j. vel ij. cum saccharo Cand. Violac. F. *Bolus*. *Alia* in mense bis usurpanda, R. Cass. rec. extr. unc. j. 3. pulp. Tamarind. & sebesten an. dr. ii. pulv. rad. Glycyrr. scr. j. sacc. q. s. F. *Bolus*. Vel diluantur decoct. Glycyrr. sebesten, jure, Carnium. Vel si *Pilulae* deglutire malit, R. Resinæ Lariceæ vel abietin. Limpid. q. v. subig. pulvere Glycyrr. & sacchar. Cand. F. pasta ex qua formentur *Pilulae*, qvarum dosis dr. j. vel plus. Vel uti poterit decocto radic. Gram. Foenic. vel Apozemate hoc laxante & abstergente, quod R. Radic. Glycyrr. unc. j. 3. Passular. exacinat. unc. 3. Sebesten par. X. Prunor. par. v. Cicer. rub. par. j. sem. 4. frig. major. an. unc. 3. sem. Anis. dr. iii. fol. Sen. radic. Polyp. an. unc. j. flor. Viol. P. j. F. Decoctum edule. sacc. Viol. Rosac. prout libet. si ad Calculum idem hoc accommodari velit, add. rad. Foenic. Petros. an. unc. j. Saxifrag. Althææ, an. unc. 3. Malv. Capill. Ven. an. M. j. Fl. Aneth. p. j. bacc. Alkek. dr. ii. auctaq; Senæ quantit. ad unc. j. 3. Quibus si Rhab. Agaric. Troch. add. felicius operabitur.*

156. Vino Medicato si quis magis delectetur, tale *Purgans* paratu facile est, R. fol. Sen. s. st. unc. j. sem. Carthami dr. vi. Agaric. troch. vel Rhabarb. elect. dr. ii. rad. Glycyrr. unc. j. rad. aperient. an. unc. 3. Flor. Violar. Maly. siccata. an. dr. ii. bacc. Alkek. sem. Anis. Levistici an. dr. j. Passular. min. unc. j. affund. Vini libr. iiiij.

CHIRUR-  
GIA.

157. Nec intermittendus interim usus Enematum (th. 133.) de scriptorum, sicubi etiam res monuerit *Chirurgico* insuper præsilio locus concedendus erit, ac si Venæ plethora tumuerint, brachialem quotannis semel, vel bis, tempore in primis Verno & Autumnali secare, *sanguinemq; pro copiæ ratione & patientis tolerantia* nunc parcius, nunc liberalius detrahere licet.

158. Quan-

158. Qvando hæc ita peracta sunt, & humorum peccantium evacuatio, eo qvō thesi nostrā 154. & seq. indicatum est, præcessit modō, in usum trahatur manē jejuno ventriculo *Diureticum* aliquod familiare, ad liberandum Renes ab omni fœda ibidem stabulante colluvie E. g. *Elix. Juniperin.*

159. Qvin tempore pacis etiam *partium principalium reboran-* darum haut levis habenda est *ratio*, ante omnia *Ventriculi*, qui ro- borabitur *Conserv. Ros. rubr.* Qvam multis nominib. *Montanus Calculosis* commendat, *Ol. Nuc. Mosc. Menthæ, Absinth. Rosarū* idq; eō magis, si durante *Paroxysmo* vomitionib. fuerit debilitatus.

160. Qvæ tamen non ita accipi velim, acsi ægro prorsus ab omni vomitu sit abstinentia, sed qvōd potius, si Naturā ad vo- mitum fuerit proclivis, nonnunquam semel aut bis terve singulis mensibus finitā coenā adjuvari debeat *vomitoriu*s, ex succo aut sem. *Atripl. Anethi, Raphani, fol. radic. Asari* cum oxymelit. aq. muls. & decoct. hord. paratis. aliiq; mitioribus pituitosam *Ventriculi* materiam ejiciat.

161. Primis viis evacuatis mox Renibus inhærens *saburra*, ne per moram in *Calculum* abeat, *expellenda*, in qvem finem *Tere-* binthiā lora vel illora vix qvidqvam exoptatus, non solū enim alvum movere sed & Renes ab arenulis purgare, eorumq; obstruc- tiones sine periculo tollere potest.

162. His hactenus prælibatis, aperiendum tandem videtur *Promptuarium Medicamentorum* tam *simpl.* qvām *Compos.* adeoq; tam manifestā qvām specificā qvādam facultate contra contuma- cem hunc hostem militantum, peculiaremq; Renes abstergendī, *Calculum* confringendi atq; per *Urinam* expellendi vim haben- tium, ē qvorum classe *Practicorum* præstantissimorum solertia & industria sequentia notavit selectiora, & magnum præterea eorum apparatus invenire est apud *Untzerum* in *Tractatu de Nephritid.* lib. 2. *Felicem Platerum, Johannem Schenckium* obs. Med. lib. 3. de *Renib.* qvi, qvid singula in curando *Calculo* præstiterint. *Exemplis* docet, item *Sennertum, Varandaū, Weckerū, Beverovicium & alios.*

163. *Simplicia* sunt vel è *Radicibus* vel *Seminibus* vel *Herbis*, vel *Floribus*, vel *Fruitibus*, vel *Gummi*, vel *Liqvoribus* vel *Metallis*, vel *Ani- malibus*, *Animalium partibus* vel *Excrementu* vel *Lapidibus*, qvorum omnium aliquot exempla in scenam sunt producenda.

164. *E Radicum familia* sunt radices Ononid. Asparagi, Foeni & Petros. Apij, Graminis, Raphani utriusq; Urticæ, Rubiæ, Eryngij, Glycyrrh. Veronic. Althææ, Malvæ, Saxifrag. min. seu majoris, filipend. Pimpinel. Asari, Dictamni, Aristoloch. Qvinquefol. Ireos, Betonic. scyllæ, Cyperi, Peucedani, Capparum, Rapar. Genist. Personat. Lauri, Imperatoriæ, & id genus plures.

165. *Semina* sunt Maluæ, Althææ, lini, lithosperm. Genist. Agni casti, Xanthii, Anisi, Carvi, Foenic. Cumini, Apii, Dauci, Anethi, Urtic, Nasturt. Petros. osfa Mespil. Bacc. Junip. Halyocab. Lauri.

166. Ad Classem *Herbarum*, pertinent, Betonica, Aspatag. Lupuli teneritates, Polii mont. summitates, Serpill. capill. Ven. Rut. agrestis, Asarum, Calamintha, virga aurea, Asplenium, Chamædrys, Chamæpitys, Pulegium, Sisymbrium, Nasturt. Meu, Phu, Saxifrag. Lappa minor, Carduus, Matricaria, Artemis Acetosa, Hypericon, Hedera terr. Lithospermon, Crithmon seu Portulaca marina, Sonchus, Apium, Petros. Parietar. Betonica Chamæm. fol. Lauri, Herniar. Bupleur. &c.

167. *Flor.* sunt Betonic. Genist. Chamæm. Malv. Bismalv. consolid. Regal. Melilot. Violar, ex qvibus pro varia Medici intentione variae Medicamentorum formulæ concinnari possunt.

168. *Fruſtuum* hic probantur Uvæ passæ, Ficus, nucl. Cerasor. Persic. Amygd. Cappares, Alkek. Cynosbati, & spongiolæ in illa, aliquibus Bedeguar dictæ, excrecentes. Nuces Avellanæ, quarum si 10. aut 12. singulis vicibus stomacho jejuno à calculoso Comendantur, & aq. Mellis destill. unc. j. superbibatur eximiè commendant Crato conf. 140. additq; se compertissimum habere non paucos diris calculorum cruciatibus expositos Avellanarum nucum & Amygdalarum usu fuisse liberatos.

169. De genere *Gummi* præferuntur *Gummi Tragacanthum*, Cerasi, Pruni, in vino albo soluta & pota, *Terebinthina vera*, *Lignum*, *Abiegna*, cum pulv. radic. Glycyrr. vel vitello ovi subacta & liqvore aliquo diluta.

170. *Liqvores* sunt *Oxymel*, *Hydromel*, *Acetum scilliticum*, aq. destill. Foenic. Petroselin. Pariet. Malv. Althææ, flor. Genist. Nucl. Persicor. *Antinephrit*. *Quercetani*, *succus Parietar*. *Veronic. succus*

succus Berber. Limonum, Lacrymam etiam Betulæ, qvam in eunte  
Vere perforata fundit, potam, miris hic laudibus hanc pauci effe-  
runt, item decoctum rad. Asparag. Rubiæ, Apii, Malv. Cicertum-  
rub. fragerum, Petroselin. Ononid. Cortic. fabar. spir. Tartari. Nitr.  
Vitriol. Salis, ol. sem. Citri, succini, ol. autem Crystalli qvod plurimi  
h. Extollunt, falsò sic dici putamus, spir. è bacc. Juniper. spir. Tere-  
binth. in juscule manè freqventer bibita, ubi tamen notandum ve-  
nit, ea qvæ insigni calore sunt prædita, non temerè nec omnibus  
esse propinanda, ne continuò horum usu Renum intemperies au-  
geatur.

171. Ad *Metalla & Mineralia* pertinent Vitrum ustum, Chry-  
socolla, salia varia ut Nitri, Ononid. Chærefolii, Junip. stipitum-  
Fabar, Brassicarum, Verben. Absinth. Carduib. Sal succini volatile,  
Cremor tartar. Tartar. Vitriolat.

172. In ordine *Animalium* eorumq; partium sunt Leporina-  
caro, Renes, pellis, Cicadæ atidæ, tritæ, Cinis lumbr. terr. Millep.  
seu Aselli, qvi præparati ab *Horatio Augenio* Tom. 2. epist. Med.  
l. 9. valde commendantur. Troglodytes seu *Regulus*, *Ein Zaun-  
könig Germanis*, καθ' ὅλην τὴν ἡσίαν Calculosis prodesse cre-  
ditur, Sanguis Hirci, Herbis Diureticis & Calculum frangentibus  
nutriti, Leporis, Vulpis, Hirundinæ, Cinis ungul. Eqvi, Testæ Coch-  
lear, plumar. scarabætor. Cancror. à *Cantharidum* verò Cine-  
rib. & δεξεινοῖς temerarias manus abstinuisse juvat.

173. Nec *Excrementsa animalium* qvorundam planè αγενσε  
habentur, ut sterlus murium siccatus cum sem Fœnic. an. dr. β. Oli-  
bani, Cinnam. an scrup. j. in pulverem redactum efficax contra-  
calculum remedium, sic lotium Capræ mont. Hirci, Apri, Calculi  
ab homine excreti, in felle Bovis, umbilico & vesica suis in-  
venti.

174. Sunt & *Lapides* qvidam adversus lapidem remedio, ut la-  
pis Lyncis, Judaicus Tecolithos dictus, spongiæ, in capite Lima-  
cum, piscium, ut Carpionum, Percarum minor. fluviatiles. His  
addenda, succinum alb. Oculi Cancror., mandibulæ, ossa capitul  
lucii piscis, & reliqvorum piscium in pulverem comminuta, Ta-  
leolus Leporis, (*Hasensprung/*) Capreoli, *Lapis Nepbriticus*, qvivel  
externè gestatus Calculum frangere & expellere dicitur.

175. Et hactenus *simplicia*, ex quibus *Potiones*, *Electuaria*, *si-  
rupi*, (quos tamen non nemo ob qualitatem eorum glutinosam à  
saccharo inductam improbat,) *Pulveres*, vel alterius formæ Medi-  
camenta componi possunt. Seqvuntur nunc *Composita usitatoria*,  
quibus Practici haut vulgares in curando calculo usi fuere.

176. Ante alia summopere placet *decoctum* illud *Foresti* suprà  
(thesi 139.) adductum, utpote quod temperatum est, ut febricitan-  
ti etiam tutò exhiberi Posit. Vel ex recentibus herb. & fruct. qvan-  
do haberi possunt, seq. aq. destilletur R. *Nucl. Ceras. Fragor. fruct.*  
*Chamærubi, baec. Alkekeng. Hederæ, junip. an. unc. j. radic. Ra-  
phæn. mariani unc. iij. Fabar. virid Cum siliq. Pariet. an M. j. Sij*  
*Cratev. Foenic. mar. an. p. j. è contusis omnib. simul extrahatur*  
*aq. & servetur ad usum, vel R. salis *Ononid. de Onisc. an. dr. f. aq.**  
*Cerasor. Asparag. an. unc. j. M. Vel R. Spir. Terebinth. scrup. j.*  
*aq. Capill. ven. unc iij. M. Quidam post usum Apii viridis cum la-  
ete vaccino cocti additò paucò aq. & salis, frusta Calculorum re-  
jecta & dolorem sedatum esse ajunt. Alius injecto prius *Enemare**  
*bibebat ol. Amygdal. dulc. cum succo Limon. & pectini apponi*  
*jubebat sacculum ex Cumino, qvibus Calculus expellebatur. Alii*  
*magni aestimant destillatum, qvod fit ex radic. Ononid. & Raphan.*  
*sylv. affuso vino Rhenano in B. M.*

177. Felix Platerus eximus Practicus sàpe à se magno cum  
successu seq. Remedium usurpatum esse fatetur ingenuè, Tom. 2.  
de dol. p. 457. *Prax. R. Rad. Glycyrr. Lauri an. drach. iij. rad. Ono-  
nid. dr. j. sem. Alkek. Paliuri. Miliij solis an dr. iij. sem. Apij. Petrose-  
lini. Foenic. an dr. j. Nasturt. dr. f. Gumm. Cerasor. vel Prunor  
succini an dr. j. Resinae Lariceæ coctæ unc. f. Cin. Cortic. Fabar.  
dr. j. Lapill. Cancr. dr. j. F. pulvis, addendo ad gratiam Cinnam. &  
ad colorem santali rubri tantillum, dosis dr. j. Ad dolorem verò mi-  
tigandum illi sem. Papav. albi dr. j. f. immisceri poterit.*

178. Nec factu difficile esset, complura alia *πλυθρόναγμα* ηγη  
γνώσια *Φάρμακον* hic recensere, nisi allata conatu nostro hâc vice  
sufficere posse arbitrarer, itaq; brevitati studens unum atq; alterum  
adhuc apponere placet. R. sem. *Lithosperm.* Alkek. an. dr.  
j. sem. petros. dr. f. Cum aq. Limon. unc. v. vel. R. *Nucleor. Per-  
sic.*

sic. exsicc. unc.  $\frac{1}{2}$  sem. Melon. mund. dr. ii. sem. Foenic. dr. j. F. pulvis cum jure Cicerum bibendus. Aliud. R. sem. Genist dr.  $\frac{1}{2}$ . suc-  
cin. scrup. ij. sacc. Cand. dr. i. cum Vino. Vel R. pulv. radic. Ono-  
nid. Saxifr. an. dr. iij. sem. Petros. Milii solis an. dr. ij. Magist. Ocul.  
Canc. dr. j. lap. judaic. Nephrit. præp. an. scrup. j. F. pulvis, cui-  
us dos. dr. j. in vehiculo approp. Vel R. Rad. Glycyrr. unc.  $\frac{1}{2}$ . nucl.  
Persic. sicc. unc. j. sem. Anisi. Foenic. an. unc. ij. sem. Alkek dr. j.  
sem. Milii solis. dr.  $\frac{1}{2}$ . Lapill. Cancer. dr. ij. sacc. Cand. unc. j.  $\frac{1}{2}$ .  
F. pulv. tenuissimus. Superbibatur interdum decoctum Cicerum  
rubr. Petros. Cort. fabar. addito Butyro recent. & modicō salis.

179. Serum etiam *lattis Caprini* in quo aliquid fumatur. mace-  
ratum est, haut parcā manū, sed copiose, quotidie ad mensuras  $\frac{1}{2}$ . 6.  
epotum, abstergit egregiē.

180. Ad *Ardorem Renum* temperandum valent *juscula refri-  
gerantia* emulsiones. sirupus violatus, Nenupharinus, eum Pitisana.  
Externē Ol. Violat. Rosar. ungvent. Rosac. cum pauxillo aceti in-  
ungaatur, sic. R. Sirup. de Althæa Fernel. unc. j. dissolve in aq. pa-  
riet. & Ononid. an. unc. ij. F. julep. Aut R. aq. Pariet. unc. j. aq.  
Foenic. Fl. Fabar julep. Rosar. an. unc.  $\frac{1}{2}$ . F. julepus.

181. In *Continuitate* tandem *Solutione*, asperitate, erosione, si quam  
efficerit calculus, ut haut rarō solet, locum habet *Cassia* rec. ext.  
& *Terrebinthina* Veneta. Assumi præterea possunt troch. de Ca-  
rabe, & Alkek de Terra sigill. & omnia ex aq. plantag. propinari.

182. Et ut tandem huic Disputationi finem imponam, si quan-  
doq; dolor vehemens urserit, ad eundem compescendum confe-  
runt *Opium recipientia* & alia, ut *Laudanum* *Opiatum*, *Philon*. Ro-  
man. sirup. de Althæa Fernel. *Crocus*. Immo *Clysteribus* etiam  
*Anodyna* permiscenda, bibi possunt *Troch.* de Alkek. c. & f. *Opio*,  
dr. j. pulveris. in *Lacte* *caprino*, quod etiam cum sacc. *Cand.* aut  
*Diatrag.* cum aq. stillat. & similib. bibitum, *anodynū* est. Velsi  
magis arridet *Emulsiō* aliqua *Anodyna* & *Narcotica*, R. Nucl. per-  
sic. 4. sem. Maj. frig. *Melonum* aut *cucutb.* an. unc  $\frac{1}{2}$  sem. papa-  
veris albi dr. ij. affusa aq. *Malv.* vel *pariet.* exprimatur succus la-  
ceus, qui cum sacc. *Cand.* *Rosar.* *Tabul.*, vel *Penidiato*, non ne-  
glectis interim iis, quæ *ad virium Conservationem* facere videbun-  
tur, sumatur.

183. De **Calculo Vesicæ** præterea nihil magnopere monitu dignum occurrit, nisi quod *validiora*, & frequentius majori; quantitate usurpata requirere videatur, quum *Renum Calculo* duriorum plerumq; substantiam majoremq; quantitatem obtineat, & per remotiora loca Medicamenta traduci oporteat, quod vires eò ad Vesicam pertingere queant.

184. Atq; ita hæcenus *Calculi Naturam* (posito Genere Proximo, posita Materiâ, quæ est salsuginosa, Tartarea, Sabulosa & lapidifica- ri apta quævis sanguinis fæcula, posita Causa Efficiente Principali, quæ est ipsi Materiæ, & quidem Salinis Materiæ Spiritib. proxime Inexistens Lapidifica, ab ipsa Forma dependens Facultas, & Adju- vantibus, inter quas potiorem locum tenet peculiaris viscerum, vel *Renum* & *Vesicæ* dispositio) interpretati sumus, ejusq; tam pra- servationem, quam Curationem regrediuntur subiecimus.

Uni, & in quo Uno omnia sunt Unum,  
Deo Ter Opt; Max. sit Læus, Honor & Gloria.



Qui Medicis Musis felici sydere natus,  
Exceptusq; sinu Sophies, matus Alumnus  
Artis Apollineæ; Niveâ nunc ueste resulgens,  
Præmia solito studio multoq; labori  
Debita, Doctoris summos sibi poscit honores.  
Ecce in substratam miles descendit arenam,  
(Miles non leviter Virtute instructus & armis,) .  
Iam pugnaturus summo adspirante Jovâ,  
Ut Laurum attingat, nuper qua tempora circum  
Cinxisset, Phœbo si Fata benigna fuissent.  
Sic pugnaturus pugnet feliciter opto,  
Et porrò obtineat Lauru potiora Brabeia.

D. Joachimus Stockman,  
Præses.

Proles Galeni, Delicium meum,  
Florente pro Virtutis adorea  
Educis in lucem labores  
Pierios geniō benigno.  
Et ut dolosas lampade navitis  
Syrtes recludit stans Pharus ardua

Ad

Ad Saxa terras ambientis  
Oceani scopulosq; monstrat:  
Sic Arte clarus Pœoniâ doces  
Vitare Scyllam, (quæ mala!) Calculi  
Corpus dolori mancipantis,  
Et misere quoq; lancingantis.  
Sit laus Athenis Callirœs aqvis  
Quæ fundit alto flumine rivulos;  
Tu saniorem reddis haustum  
Hippocratis tubulô medendi,  
Laudet Camillum fascibus inclyta  
Romana Princeps; Quid? tibi Spiritum  
Vitamq; debet Calculosus  
Æger & ambiguus salutis.  
Virtute maëste ista! tibi splendicet  
Æternitatis Gloria Nobilis,  
Cepheia virgo cœli ad axem  
Donec hyperboreum sedebit.

Nobiliss. Dn. Cand. Petro Götzen  
Amico & Conterraneo & viter-  
num sufficiendo apposuit  
Petrus Ideni, L. L. Stud.





issimus, Virum Nobilem, Prastantissimum & Doctiss: D  
Gōzen/ in quo eorum, que in futuro Excellentissimi Medicō  
nihil desiderari testamur, qvod ex privato Examine ad  
Normam statutorum nostrorum cum ipso satis accuratè p  
lentissimè animadvertisimus, ita quidem ut unanimi fusi  
tiēe nemine, dignissimus judicaretur summis nostræ Artis.  
Honoribus prima quāg, occasione adipiscendis. Cūm vero  
sua Publicè toti Academia probare debeat & velit, The  
Calculi Natura & Curatione prolixius quidem, sed  
sa tamen ita ad dispicandum conscriptas exhibemus, d  
iā deē Collatio instituetur placida Die 9. Julij horis ante  
dianis in Auditorio majori. Rogamus Magnificum T  
Reverendos, item Consultissimos, Experientissimos &  
Dn: Professores, Doctores, Magistros, Verbi Divini Mu  
le Collegas & omnium Ordinum Viros Doctos, etiam qz  
Optimarum Artium Studiosorum Cohortem, ut dictō  
pore frequentiores convenire, Dn: Candidati vires, ing  
in Medica Arte Profecti Amicè & benevolè explorare  
Nosq, & totum Auditorium erudire & sua Praesentiā or  
ventur. Id nobis erit gratissimum, & Collegio Medico  
Nosq, ut vicissim omnibus & singulis in simili vel alia qu  
ne nostra officia semper constent promptissima, operam  
dulō. Deniq, Deum Ter Opt. Max. supplices oramu  
jus nuru & Auspicijs Anno millesimo quadringentesimo  
Die duodecimo Novembris, nata & Aucta est hec in  
Academia, eandem placatu propriatusq, servare, for  
gere velit, cum univerſa Provincia & tota Civitate.  
Rostochij, Sub Sigillo Medicæ Facultatis, 27: Ju

8(0)90







habitum & Personam histrionis referunt, sic & Medici nomine quidem multi, reipsa medicina scientiam sibi verè & apè comparata compos esse debet, ut Naturam natus sit, aptum, institutionem à puerō, industria tur Naturā opus est, quā repugnante irri optimum quodq; viam commōstrante, Ari ex institutione à puerō, in loco ad disciplina modato, cum Prudencia sibi comparare operis industriam accedere necesse est, quodta, feliciter & bene crescendo, maturos frēs enim qua terra producuntur, eādem omnino gnisio se habere videtur. Natura namq; Praecepta seminum rationem habent. In sationi responderet. Locus verò disciplina bienti, ex quo īs, quā è terra nascuntur, diligens studium Agricultura est. Tempu nam nutritionem confirmat. Hædenus H præsidys; peculiare quoddam insuper in Me sius Praefatione in lib. 8. suarum Controv. nū acumen & agilitatem, sive ēuoxias, si inde erit, & hujus ēuoxias beneficio sape exercitatus in Praxi Medicus seniorum Cur vulgo videtur, felicitate vincat. Sed hī Qua de utilitate & Necessitate Medica Ar exhibitis honoribus & Pramīs dici possen servare. Vereor enim, ne mibi contingat, contigit, Herculis Laudes recitanti, cui Ecqvis Herculem vituperat? Et sanè qz possit, quis auderet, cuius salutare auxilia ploramus, & grātā mente agnoscimus, Caterūm hujus tam Nobilitissima Artis in



the scale towards document

triones sunt: Qvi enim Merum omnium locum studijs Imprimis igit, eādem ad ratur, quam tura accom- es longitem- lut gravida- Qvo modō dica Artis co- i; Doctorum o tempestiva us, aëri am- petie. Di- s hac ad ple- generalibus nonet Wallen- gulari Inge- dixeris, per- & minus ex- ate, sive ut ipere placet, Professoribus occasionem re- mone cuidam acclamavit: & vituperare n morbis im- tē debemus? leorem vobis sisti-